t veritatē tuā: a conſilio mul=
to. M u aūt dñe ne lōge facias
miſeratiōnes tuas a me: mia
tua t veritas tua ſp ſuſcepeſt
me. Q m̄ circūdederūt me ma
la quoꝝ nō eſt nūerus cōpre=
henderūt m̄ iniqtates mee: t ñ
potui vt viderē. M ultiplica=
ti ſūt ſup̄ capillos capitis mei:
t cor meū dereliqt me. C om=
placeat tibi dñe vt eruas me:
dñe ad adiuuādū me reſpice.
C ōfūdāt t fuereāt ſīl q̄ q̄rūt
aiaz meā: vt auferāt eā. C ōū
tantur retrorſuz et reuereant
qui volūt michi mala H erant
cōfeſti cōfuſionē ſuā: q̄ dicunt
michi euge euge E xultēt et le
tētur ſup̄ te ōs q̄rentes te: t di
cant ſp magnificet dñs q̄ dili=
gunt ſalutare tuū E go autez
mēdicus ſū t pauꝑ: dñs ſolici
tus eſt mei H diutor meꝰ et ꝓ
tector meꝰ es tu: deus meꝰ ne
tardaueris E ria Ah. Ut non
delinquā i lingua mea. ps. xl

B Eatus qui itelligit ſup
egenū et pauperē: i die
mala liberabit eū dñs O ſis cō
ſeruet eū et viuificet eū et btū

faciat eū in terra: ⁊ nō tradat eū in aiaz inimicoz eiꝰ. Dñs opē ferat illi sup lectū dolozis eiꝰ: vniūsū stratū eiꝰ versasti i infirmitate eius. Ego dixi dñe miſere mei: sana aiam meam qz peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: qñ mozie tur ⁊ peribit nomē eiꝰ. Et si ingrediebaꝫ vt videret vana lo quebatur coz eiꝰ: cōgregauit iniqtatē sibi. Egrediebaꝫ foꝛas: ⁊ loq̄batur in idipm. Ad uersū me susurrabāt oēs inimi ci mei: aduſum me cogitabāt mala michi. Verbū iniquum cōstituerūt aduſū me: nūqd q dozmit ñ adijciet vt resurgat Etenī hō pacis mee in q̄ spa ui q̄ edebat panes meos: ma gnificauit sup me supplanta tionē. Tu aūt dñe miſere mei ⁊ resuſcita me: ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qñ voluisti me: qñ nō gaudebit inimicus meꝰ sup me: Me aūt ꝓpt̄ inno centiā suſcepisti: ⁊ cōfirmasti me in cōspectu tuo in eternuz. Benedictꝰ dñs deꝰ israel: a se culoꝛ i scī'm fiat fiat. ℣s. xli.

Quēadmoduz desiderat ceruus ad fontes aqua rū: ita dēsiderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū qñ veniā ⁊ appebo añ faciem dei. Fuerūt michi lachꝛime mee panes die ac no cte dum dicit michi quotidie vbi ē deꝰ tuꝰ. Hec recoꝛdat⁹ sū ⁊ effudi i me aiaz meā: qñ trāsibo i locū tabernacli admi rabilis vsq̄ ad domū dei. In voce exultatōis ⁊ cōfessiōis so nus epulātis. Quare tristis es aia mea: ⁊ quare ꝓturbas me Spera in deo qñ adhuc cōfi tebor illi salutare vultꝰ mei ⁊ deus meꝰ Ad meipz aia mea cōturbata ē: ꝓpterea memor ero tui de tra iordanis ⁊ hermo nij: a mōte modico. Abyssus a byssū inuocat: in voce catha ractarū tuarū Omnia excelsa tua et fluctus tui: sup me trā sierūt. In die mandauit dñs miſaz suā: ⁊ nocte cāticum eiꝰ Apud me oratō deo vite mee dicam deo suſceptoꝛ meus es Quare oblitus es mei: ⁊ qua re cōtristatus incedo: dū affli git me inimicus. Dū fringū tur ossa mea exprobrauerunt michi qui tribulāt me inimici mei. Dū dicūt michi p singu los dies vbi ē deꝰ tuꝰ Quare tristis es aia mea: ⁊ q̄re cōtur bas me Spra deo qñ adhuc ꝓfitebor illi salutaꝰ vultꝰ mei ⁊ deꝰ meꝰ. Glia. ā Sana dñe aiaz meā: qz peccaui tibi. xlij.

Judica me deꝰ ⁊ discerne cām meā de gēte non sctā ab hoīe iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deꝰ fortitudo mea quare me repulisti ⁊ q̄re tristis incedo dū affligit me ī

micus. ℣ mitte lucē tuā ⁊ ve-
ritatē tuā ipa me deduxerunt
⁊ adduxerūt in montē sanctū
tuū: ⁊ in tabernacula tua. ℣ t
introibo ad altare dei: ad deū
qui letificat iuuentutē meam
℣ cōfitebor tibi in cythara de⁹
de⁹ meus: quare tristis es aīa
mea ⁊ īre cōturbas me. ℣ spe
ra in deo qm̄ adhuc cōfitebor
illi salutare vult⁹ mei ⁊ deus

DEus auri- ps. xliij. me⁹
b⁹ nostris audiuim⁹: pa
tres nr̄i annūciauerūt nobis.
Opus qđ operatus es in die-
bus eor̄: ⁊ in dieb⁹ antiquis.
Man⁹ tua gētes disperdidit
⁊ plātasti eos: afflixisti popu
los ⁊ expulisti eos: Nec enim
in gladio suo possederūt trā: ⁊
brachiū eor̄ nō saluauit eos.
℣ ed dextera tua ⁊ brachium
tuū ⁊ illuīatio vult⁹ tui: qm̄ cō
placuisti in eis. ℣ u es ip̄e rex
me⁹ ⁊ de⁹ meus: qui mādas sa
lutes iacob. ℣ n te inimcos no
stros vētilabim⁹ cornu: ⁊ i no-
mie tuo spnemus insurgētes
in nobis. Non enī i arcu meo
spabo: et gladi⁹ meus non sal
uabit me. ℣ aluasti enī nos de
affligentibus nos: et odiētes
nos confudisti. ℣ n deo lauda
bimur tota die: et in noīe tuo
confitebimur in sēcm. Nunc
aūt repulisti et cōfudisti nos:
⁊ nō egredier̄ de⁹ i ⁊uturibus
nr̄is. ℣ uertisti nos retrorsū
post īimicos nr̄os: ⁊ q̄ oderūt
nos diripiebāt sibi. ℣ edisti
nos tanq̄ oues escar: ⁊ i gēti
bus dispersisti nos. ℣ ēdidisti
pplm̄ tuū sine p̄cio: ⁊ non fuit
multitudo in cōmutatiōibus
eor̄. ℣ posuisti nos opprobriū
vicinis nr̄is: subsannationez
⁊ derisū his q̄ i circuitu nostro
sunt. ℣ posuisti nos in similitudi
nē gētib⁹: cōmotionē capitis
in pplis. ℣ ota die verecūdia
mea cōtra me est: ⁊ cōfusio fa
ciei mee cooperuit me. ℣ a voce
exprobrātis ⁊ obloquētis: a fa
cie īimici ⁊ psequntis. Hec oīa
venerūt sup nos nec obliti su
mus te: ⁊ iniq̄ nō egimus i te-
stamēto tuo. ℣ t nō recessit re
tro cor̄ nostrū: ⁊ declinasti se-
mitas nr̄as a via tua Qm̄ hu
miliasti nos in loco afflictiōis
⁊ cooperuit nos vmbra mortis.
℣ si obliti sum⁹ nomē dei nr̄i: ⁊
si expādim⁹ man⁹ nr̄as ad de
um alienū. Nonne de⁹ requ-
ret ista: ip̄e enim nouit absc̄ōdita
cordis. Qm̄ ppt̄ te mortifica-
mur tota die: estimati sum⁹ si-
cut oues occisiōis. ℣ xurge q̄
re obdormis dn̄e: exurge et ne
repellas in finē. Quare facie
tuā auerti⁹: obliuiscer̄ inopie
nr̄e ⁊ tribulatōis nr̄e. Qm̄ hūi
liata ē i pulvere aīa nr̄a: ⁊ glu
tiatus est i tra ventr̄ nr̄. ℣ xur
ge dn̄e adiuua nos: et redime
nos propt̄ nomē tuū. ℣. xliij

Eructauit cor meũ ✠bum bonũ: dico ego opa mea regi Lingua mea calam⁹ scri be: velociter scribẽtis Speciosus forma ꝓe filijs hoim: diffusa est gra in labijs tuis: propterea bñdixit te de⁹ inefnũ. Accingere gladio tuo: super femur tuũ potẽtissime. Spẽ tua et pulcritudine tua: intende, pspere ꝓcede ⁊ regna Propter ✠itatẽ et mãsuetudinem et iusticiã: et deducet te mirabiliter dext̃a tua Sagitte tue acute ppli sub te cadent: in cor da inimicor̃ regis Sedes tua deus in scz scli: virga directionis ✠ga regni tui. Dilexisti iusticiã et odisti iniqtatez: ppĕ ea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo letitie ꝑ cõsortib⁹ tuis. Mirra et gutta et cassia a vestimẽt̃ tuis a domibus eburneis ex qbus delectauerũt te filie regũ in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circũdata varietate. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã et obliuiscere pplm tuũ et domũ patris tui. Et cõcupiscet rex decorẽ tuũ: qm ipe est dns deus tu⁹ et adorabũt eũ. Et filie tyri in mũeribus vultũ tuũ: deprecabunt ōs diuites plebis Omis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatib⁹ Adducẽt regi ✠gines post eã: proxime eius afferent tibi. Afferẽtur in leticia et exultatione adducẽt in tẽplũ regis. Pro patribus tuis nati sũt tibi filij: cõstitues eos pncipes sup oẽm terrã Memores erũt nois tui dñe: in oi generatione et gnationẽ Propterea ppli cõfitebunt tibi in eternũ: et in scz scli. Psalmus. ã. Eructauit cor meũ ✠bũ bonũ. ps. xlv

Deus noster refugiũ ⁊ virtus: adiutor in tribulatiõib⁹ q̃ inuenerũt nos nimis Propterea nõ timebim⁹ dũ turbabit terra: ⁊ transferẽt montes in cor maris. Sonuerũt ⁊ turbate sunt aque eor̃: cõturbati sunt mõtes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculũ suum altissim⁹. Deus in medio eius nõ cõmouebit: adiuuabit eã de⁹ mane diluculo. Cõturbate sunt gẽtes ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocẽ suam mota est terra. Dns virtutum nobiscũ: susceptor noster deus iacob. Venite ⁊ videte opa dñi: q̃ posuit prodigia sup terrã Auferẽs bella vsq; ad finẽ terre: arcũ cõteret ⁊ cõfringet arma ⁊ scuta cõburet igni. Vacate ⁊ videte qm̃ ego sũ de⁹: exaltabor in gentib⁹ ⁊ exaltabor in terra. Dns virtutũ nobiscum: susceptor noster deus iacob. xlvi

Omẽs gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in vo

re exultatõis: Q ñ excelsꝰ dominus terribilis: rex magnus sup ōẽm terrã. S ubiecit populos nobis: ⁊ gẽtes sub pedibus nr̃is. E legit nobis hereditatẽ suã: spẽm iacob quẽ dilexit. A scẽdit deꝰ in iubilo: et dñs in voce tube. P sallite deo nr̃o psallite: psallite regi nr̃o psallite Q ñ rex oĩs terre deꝰ psallite sapiẽter. R egnabit deus sup gẽtes: deꝰ sedet sup sedẽ sctãm suã P rincipes populoꝝ cõgregati sunt cũ deo abrahã: qñ dij fortes terre vehement eleuati sũt. G lia. ãn. Aduto⁊ in tribulatõibꝰ. p̃s. M Agnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i in mõte sctõ eiꝰ. E xultatur exultatiõe vniũse terre: mons syon latera aq̃lonis ciuitas regis magni. Deꝰ in domibꝰ eiꝰ: cũ suscipiet eã. Q ñ ecce reges terre cõgregati sũt cõuenerũt in vnũ. I psi videntes sic ãmirati sunt cõturbati sunt ꝯmoti sũt: tremor app̃hẽdit eos. I bi dolores vt parturientis: in spũ vehemẽti conteres naues tharsis. S icut audiuimus sic vidimus i ciuitate dñi virtutũ: in ciuitate dei nr̃i deus fundauit eã in eternũ. S uscepimus deꝰ miam tuã: i medio tẽpli tui. S ecũ nomẽ tuũ deꝰ sic ⁊ laus tua in fines tre: iusticia plena est dextera tua L etet mons syon ⁊exultẽt filie iude: ꝓpter iudicia tua domine. C ircũdate syon ⁊ ꝓplecimini eã: narrate in turribꝰ eiꝰ. P onite cordа vestra i virtute eius ⁊ distribuite domos eius: vt enarretis in ꝓgenie altera. Q ñ hic ẽ deꝰ deꝰ noster in eternũ ⁊ in sclm seculi: ipse reget nos in scla. p̃s. xlviij. A Udite hec oẽs gẽtes: auribus ꝑcipite oẽs q̃ habitatis orbẽ Q uiq; terrigene ⁊ filij hoĩm: sil in vnũ diues et pauꝑ. O s meũ loquet sapientiam: ⁊ meditatio cordis mei prudentiã. I nclinabo in parabolã aurẽ meã: aperiã in psalterio ꝓpositionẽ meã. Q ur timebo in die mala: iniq̃tas calcanei mei circũdabit me Q ui cõfidũt in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiaꝝ suaꝝ gliant F rater non redimit redimet hõ: nõ dabit deo placatõez suã E t preciũ redẽptõis aie sue: ⁊ laborabit in eternũ ⁊ viuet adhuc in finẽ. N on videbit interitũ cũ viderit sapiẽtes morientes: simul insipiẽs et stultus pibunt. E t relinquẽt alienis diuitias suas: ⁊ sepulcra eoꝝ domus illoꝝ in eternũ T abernacula eoꝝ in ꝓgenie et progenie: vocauerũt noĩa sua i trис suis H omo cũ in honore esset non intellexit: cõparatus ẽ iumẽtis insipiẽtibꝰ: et similis factus

est illis ☐ et via illoꝝ scãdalũ
ipis: et postea in ore suo cõpla
cebũt ☙ icut oues in iferno po
siti sũt: mors depascet eos ☙ et
dñabunt eoꝝ iusti in matutio
et auxiliũ eoꝝ veterascet i in-
ferno a gl̃ia coꝝ ☐ erũtamen
de⁹ redimet aiaz meã de ma-
nu inferi: cũ acceperit me ☐ e
timueris cũ diues factꝰ fuerit
homo: et cũ multiplicata fue-
rit gl̃a domꝰ eius ☐ ñ cũ inte
rierit nõ sumet oĩa: neqꝫ descẽ
det cũ eo gl̃ia eius ☐ ꝛ aĩa eiꝰ
invita ipi⁹ bñdicet: confitebit
tibi cũ bñfeceris ei. ☐ ntroibit
vsqꝫ in ꝓgenies patrũ suoꝝ: et
vsqꝫ inet nũ nõ videbit lumen.
☐ omo cũ in honore esset non
intellexit: cõparatꝰ est iumen
tis ĩsipiẽtib⁹ et similis factus
est illis ☙ lozia patri ☙ icut. ☙
Audite qui habitatis
☐ Eus (tis orbem ꝑ ꝑ. xlix
decorum dominꝰ locutus
est: et vocauit terram ☐ solis
ortu vsqꝫ ad occasũ: ex syõ spe
cies decoris ei ☐ eus manife
ste veniet: deꝰ noster ꝛ nõ silebit
☐ gnis in cõspectu eius ex ar-
descet: et in circuitu eiꝰ tempe
stas valida ☐ uocauit celum
de sursũ: ꝛ terrã discernere po
pulũ suũ ☐ õgregate illi sctõs
eius: q̃ ordinãt testamẽtũ eiꝰ
sup sacrificia. ☙ t annũciabũt
celi iustitiã eius: qñ deꝰ iudex
est ☐ udi populꝰ meus et loqr
isrl: ꝛ testificabor tibi deꝰ deꝰ
tuus ego sũ ☐ on in sacrificijs
tuis arguã te: holocausta ãũt
tua in cõspectu meo sũt sp. ☐ õ
accipiã de domo tua vitulos:
neqꝫ de gregib⁹ tuis hyrcos.
☐ ñ mee sũt oẽs fere si lugrũ
iumẽta in mõtib⁹ et boues ☐ o
gnoui oĩa volatilia celi: ꝛ pul
critudo agri mecum ẽ ☙ i esu-
riero nõ dicã tibi: meꝰ est enim
orbis terre et plenitudo eius.
☐ ũquid manducabo carnes
tauroꝝ: aut sanguinẽ hyrcoꝝ
potabo ☐ mmola deo sacrifici
um laudis: ꝛ redde altissimo vo
ta tua ☙ t ĩuoca me ĩ die tribu
lationis: et eruã te et honorifi
cabis me ☐ eccatori aũt dixit
deus: q̃re tu enarras iusticias
meas ꝛ assumis testamẽtũ me
um ꝙ os tuũ. ☙ u ꝛo odisti dis
ciplinã: ꝛ proiecisti sermones
meos retrorsũ. ☙ i videbas fu
rem currebas cũ eo: et cũ adul
teris portionẽ tuam ponebas
☐ s tuũ abũdauit malicia: et
lingua tua cõcinnabat dolos.
☙ edẽs aduersus fratrẽ tuũ lo
q̃baris: et aduersus filiuz ma-
tris tue ponebas scãdalũ: hec
fecisti et tacui ☙ xistimasti iiq̃
q ero tui similꝫ: arguã te ꝛ sta
tuã ꝓtra faciẽ tuã ☐ ntelligite
hec q̃ obliuiscimini deũ: neqñ
rapiat ꝛ nõ sit q̃ eripiat ☙ acri
ficiũ laudis honorificabit me:
et illic iter q̃ ostẽdã illi saluta

re dei. Hō dr ad noctur. iste p

Miſere mei de⁹ ſm ps. l. magnā mīam tuā. Et ſz multitudinē miserationū tua ruz: dele iniqtatē meā. Amplius laua me ab iniqtate mea: et a pctō meo mūda me. Quōm iniqtatē meā ego cognosco: t pec catū meū cōtra me est sp. Tibi soli peccaui et malū coram te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis et vincas cū iudicaris. Ecce enī in iniqtatib⁹ cōcept⁹ sum ec in peccatis cōcepit me mat mea. Ecce enī veritatē dilexisti incerta: t occulta sapiētie tue manifestasti michi. Asperges me dñe hysopo et mūdabor lauabis me: et sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et leticiā: t exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē tuaz a pctis meis: et ōs iniqtates meas dele. Cor mūdū crea in me de⁹: et spīm rectū innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: et spīm sctm tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiā salutaris tui: t spiritu pncipali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impi ad te conuertent. Libera me de sanguinib⁹ deus de⁹ salutis mee et exultabit lingua mea iusticiā tuā. Dñe labia mea apies: et os meū ānunciabit laudem tuā. Quōm si voluisses sacrificiū dedissē vtiq holocaustis non delectaberis. Sacrificiū deo spīritus cōtribulatus: cor cōtritū et hūiliatū de⁹ nō despicies. Benigne fac dñe i bona volūtate tua syō: vt edificēt muri hierl. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes: et holocausta tūc imponēt sup altare tuū vi

Quid gloriaris. li. tulos. ris in malicia q potēs es in iniqtate. Tota die iniusticiā cogitauit lingua tua: sicē nouacula acuta feciſti dolum. Dilexisti malicia sup benignitatē iniqtatē magis q loqi eqtatez. Dilexisti oia verba precipitatōis lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finē: euellet te et emigrabit te de tabernacło tuo et radicē tuā de terra viuentiū. Videbunt iusti et timebūt et sup eū ridebūt t dicēt: ecce hō qui nō posuit deū adiutorē suum. Sed sperauit in mltitudine diuitiaz suaz: et preualuit in vanitate sua. Ego aūt sicē oliua fructifera i domo dei: speraui in mia dei in eternū et in setz seculi. Cōfitebor tibi i setz qz feciſti: et expectabo nomē tuum qm bonū est in cōspectu sctōz. Gloria. añ. Deus deoz dñs locut⁹ est. ℣. Immola deo sacrificiū laudis. ℟. Et redde altissimo vota tua. ãte lau. ℣. Fiat mia tua dñe. In lau. ā. Scōm magnā miaz tuā miserere mei. ps. Miserere. ps. Judica mē de⁹

i. Salutare vultus mei ⁊ deꝰ meus. añ. Ad te de luce vigilo ps. Deꝰ deꝰ meꝰ. Cãticũ.

Ego dixi in dimidio dieꝝ meoꝝ: vadaz ad portas inferi. Quesiui residuũ ãnoꝝ meoꝝ: dixi nõ videbo dñm deũ in terra viuẽtiũ. Non aspiciã hoiez vltra: ⁊ habitatorẽ quietis. Generatio mea ablata est ⁊ conuoluta est a me: quasi tabernaculũ pastoꝝ. Precisa ẽ velut a texẽte vita mea: dũ adhuc ordirer succidit me. De mãe vsq; ad vesperã finies me sperabã vsq; ad mane ꝙsi leo sic contriuit oĩa ossa mea. De mane vsq; ad vesperam finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes i excelso. Domine vim patior: respõde pro me: qd dicã aut qd rñdebit mihi cũ ipe fecerit. Recogitabo oẽs annos meos: in amaritudie aie mee Dñe si sic viuitur ⁊ in talibꝰ vita spũs mei: corripies me ⁊ viuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autẽ eruisti aiam meã vt ñ periret: piecisti post tergũ tuũ oĩa pecta mea Quia nõ infernꝰ cõfitebitur tibi neq; mors laudabit te: nõ expectabũt q descẽdunt in lacũ veritatẽ tuam. Viuens viuens ipe cõfitebit tibi: sicut et ego hodie pr filijs notã faciet veritatẽ tuã. Deꝰ saluũ me fac ⁊ psalmos nostros cãtabimꝰ cũcti/ diebꝰ vite nre i domo dñi Glia patri ãn. Cũctis diebꝰ vite nre saluos fac nos dñe. ã In excelsis laudate deũ. ps. Laudate. cõ. Vigilate. hyꝝ.

Ales diei nũcius: lucẽ pre pinquã pcinit: nos excitatoꝝ mẽtiũ: iã xps ad vitã vocat Huferte clamat lectulos: egros sopore desides: castiq; recti ac sobrij: vigilate iã sũ prximꝰ. Iesũ ciamꝰ vocibꝰ: flentes pcantes sobrie: untẽra supplicatio: dormire coꝝ mũdum vetat Su xpe sõnũ discute: tu rũpe noctis vincula: tu solue peccatũ vetus: nouũq; lumẽ ingere Deo pri sit gria. ℣. In matutinis dñe. Cap. Vigilate ⁊c Peretatẽ hymꝰ. Ecce iã noctis. ℣. In matutinis dñe. añ Erexit dñs nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. ps. Benedictus Precesvtã in secũda feria Oratio vt decet Lectavrsupra Feria iij. mutatorium In manu tua dñe Oẽs fines terre. ps. Venite. Hymꝰ

Rerum creatoꝝ optime: rectoraq; nr aspice: nos a quiete noxia mersos sopore libera. Expe scrẽ poscimus ignosce tu crimĩbus ad confitendũ surgimꝰ: mozaq; noctis rũpimꝰ. Mẽtes manusq;

tollim⁹ ꝓpheta sicut nouim⁹ nobis gerẽdũ ꝓcipit paul⁹ q̃ gestis cẽsuit Uides malũ q̃ gessim⁹ occulta nra pãdimus ꝓces gemẽtes fundimus: dimitte q̃ peccauim⁹. Q fapr

Dixit insipi ps.liij. ens i corde suo: nõ est deus Corrupti sũt t abominabiles facti sũt i iniquitatib⁹: nõ est q̃ faciat bonũ. O e⁹ de celo ꝓspexit sup filios hoim: vt videat si est intelligẽs aut requrẽs deum. O ẽs declinauerũt simul inutiles facti sũt: nõ est qui faciat bonũ: nõ est vsq̃ ad vnuz. Q õne scient õs q̃ operant iniq̃tatẽ: qui deuorãt plebẽ meã sicut escã panis. O eũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. Q ñ deus dissipauit ossa eorũ q̃ hoibus placent cõfusi sũt qñ de⁹ spreuit eos. Q tis dabit ex syõ salutare isrl cũ conuerterit dñs captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabit isrl. Ron dicit ad nocturn. iste ps. ps. liij.

DEus in noie tuo saluum me fac: et in ꝟtute tua iudica me. O eus exaudi orõnez meã: auribus ꝓcipe ꝟba oris me. Q ñ alieni insurrexerunt aduersũ me t fortes q̃sierunt aiaz meã: t nõ ꝓposuerũt deũ ante cõspectũ suũ. Ecce enim de⁹ adiuuat me: et dñs susceptor est aie mee Auerte mala inimicis meis: t in ꝟritate tua disperde illos. U lũtarie sacrificabo tibi: t cõfitebor noi tuo qñ bonũ est. Q ñ ex oi tribulatione eripuisti me: t sup inimicos meos despexit ocul⁹ me⁹ ps.liij

EXaudi de⁹ orõnẽ meã et ne despexeris deꝑcationez meã: intẽde mihi t exaudi me. Cõtristatus sũ in exercitatiõe mea: t cõturbat⁹ sum a voce inimici t a tribulatõe peccatoris. Q ñ declinauerũt in me iniq̃tates: t in ira molesti erãt mihi. Cor meũ cõturbatũ est in me: t formido mortis cecidit sup me. Timor t tremor venerũt sup me: t ꝓtexerũt me tenebre. Et dixi q̃s dabit mihi pẽnas sicut colũbe: t volabo t requiescã. Ecce elõgaui fugiẽs: et mansi in solitudine. Expectabã eũ q̃ saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs t tẽpestate. Precipita dñe t diuide lingual eor: qñ vidi iniq̃tatẽ et cõtradictionẽ in citate. Die ac nocte circũdabit eã sup muros eius iniq̃tas: t labor in medio eius et iniusticia. Et nõ defecit de plateis ei⁹: vsura t dol⁹. Q ñ si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissẽ vtiq̃. Et si is q̃ oderat ñ sup me magn̄a locutus fuisset: abscõdissem me forsitã ab eo. Tu vero hõ vnanimis: dux me⁹ et notus me⁹.

Qui simul mecū dulces capi-
ebas cibos: i domo dei ābula
uim⁹cū ?sensu Ueniat mors
sup illos: t descēdāt i infernū
viuentes O ñ neqtie i habita
culis eoꝝ: in medio eoꝝ Ago
sūt ad dñm clamaui: tdñs sal
uauit me. U espere t mane et
meridie narrabo t ānūciabo
et exaudiet vocē meā. Redi
met i pace aīam meā: ab his q
appꝛopiquāt michi qñ inter
multos erāt mecū. Exaudiet
de⁹ t humiliabit illos: q est añ
secula O on enī est illis cōmu
tatio t nō timuerūt deū: extē-
dit manū suā i retribūcdo O ō
tamīnauerūt testamētū eius:
diuisi sunt ab ira vult⁹ eius: t
appꝛopiquauit coꝛ illi⁹ M ol
liti sūt ſmones ei⁹ sup oleū: et
ipsi sūt iacula I acta sup dñm
curā tuā t ipe te enutriet: tnō
dabit i eknū fluctuationez iu-
stoꝝ U vero de⁹ deduces eos:
in puteū iteritus U iri sangui
nū t dolosi nō dimidiabūt di
es suos: ego aūt spabo i te dñe
Glia. añ. Auertet dñs captī-
uitatē plebis sue. ꝑs. lv
M Iſere mei de⁹ qñ cōcul
cauit me hō: tota die ipugnās
tribulauit me. O ōculcauerūt
me īmici mei tota die qñ mlt
i bellantes aduersū me. b
altitudīe dici timebo: ego vo
inte sperabo I n deo laudabo
sermones meos: i deo speraui
nō timebo qd faciat michi ca-
ro. Tota die Xba mea execra
bantur: aduersū me oēs cogi
tationes eoꝝ i malū. Inhabi
tabūt t abscōdent: ipsi calca-
neū meū obseruabūt Sicut su
stinuerūt aīam meā: p nichi-
lo saluos facies illos: i ira po
pulos cōfriges O eus vitā me
am ānunciaui tibi: posuisti la
chꝛymas meas i cōspectu tuo
Sicut t in ꝓmissione tua: tūc
cōuertent inimici mei retroꝛ-
sum In quacūqꝝ die inuocaue
ro te: ecce cognoui qñ de⁹ me
us es. In deo laudabo Xbum
in dño laudabo sermonē i deo
speraui: nō timebo quid faci-
at michi hō, In me sunt deus
vota tua: que reddā laudatio
tibi O ñ eripuisti aīaꝝ
meā de moꝛte et pedes meos
de lapsu: vt placeā coꝛam deo
in lumine viuentium. ꝑs. lvi.
M Iſerere mei deus mise-
rere mei: qñ in te confi-
dit aīa mea t i vmbꝛa alarū
tuarum sperabo: donec ptran
seat iniqtas. O lamabo ad de
um altissimū: deū qui benefe-
cit michi M isit de celo et libe-
rauit me: dedit in oppꝛobꝛiuꝝ
cōculcantes me M isit de⁹ mi
sericoꝛdiā suā t Xitatem suā: et
eripuit aīaꝝ meā de medio ca
tuloꝝ leonū dormiui cōturba
tus H ilij hoiꝝ dentes eoꝝ arma
et sagitte: t lingua eoꝝ gladi⁹

acut⁹ Exaltare sup celos de⁹: et i oẽm terrã glia tua Laqz parauerũt pedib⁹ meis: et incuruauerũt aiaz meã Fodert añ faciẽ meã foueã: et incidert in eã. Paratũ coz meũ de⁹ paratũ coz meũ: cãtabo et psalmũ dicã Exurge glia mea exurge psalteriũ et cythara: exurgam diluculo Cõfiteboz tibi i pplis dñe: et psalmũ dicã gentibus. Qm magnificata ẽ vsqz ad celos mia tua: et vsqz ad nubes vitas tua Exaltare sup celos de⁹: et sup oẽm terrã glia tua. Glia. añ Qm in te cõfidit aia

Siverevtiqz ps. lvij mea iustitiã loqmi: recte iudicate filij hoim Etenim i corde iniquitates opamini in tra iusticias man⁹ vre cõcinãt Alienati sũt pctõres a vulua: errauerũt ab vtero locuti sũt falsa Furoz illis sm similitudinez serpẽtis: sicut aspidis surde et obturãtis aures suas Que nõ exaudiet vocẽ incãtantiũ: et venefici icantãtis sapiẽter. Deus cõteret dẽtes eoz i oze ipoz: molas leonũ cõfringet dñs Ad nichilũ deueniẽt tãqz aqua decurrẽs: intẽdit arcum suũ donec infirmẽtur. Sicut cera que fluit auferenk: supcecidit ignis et nõ viderũt solẽ Priusqz intelligerẽt spine vt feranũ sicut viuẽtes sic i ira absorbet eos. Letabit⁹ iust⁹ cũ viderit vindictã: man⁹ sua lauabit in sanguie pctõris. Et dicet hõ si vtiqz ẽ fruct⁹ iusto: vtiqz est de⁹ iudicãs eos in tra. ps:

Eripe me de inimi= lvij cis meis de⁹ meus: et ab insurgẽtibus in me libera me Eripe me de opantib⁹ iniqta tem: et de viris sanguinũ salua me. Quz ecce ceperũt aiaz meã irruerũt in me fortes. Neqz iniquitas mea neqz pctm meuz dñe: sine iniqtate cucurri et direxi. Exurge i occursũ meũ et vide: et tu dñe de⁹ virtutũ de⁹ isrl Intẽde ad visitãdas oẽs gẽtes: nõ miſearis oĩbus qui opank iniqtatẽ Conuertenk ad vesperã et famẽ patiẽtur vt canes: et circuibũt ciuitatẽ Ecce loqnk in oze suo et gladi⁹ i labijs eoz: qm dns audiuit Et tu dñe deridebis eos: et ad nichilũ deduces oẽs gẽtes Fortitudinẽ meã ad te custodiã: quia de⁹ susceptoz me⁹ de⁹ me⁹ misericordia ei⁹ pueniet me. Deus ostẽdit michi sup inimicos meos: ne occidas eos neqm obliuiscãk pli mei. Dispge illos i vtute tua: et depone eos ptector me⁹ dñe Delictũ oris eoz sermõez labioz ipoz: et cõprehẽdãtur i superbia sua. Et de execratõe et mẽdacio: anũciabũk i cõsũmatiõe In ira cõsũmatõis et non erunt: et sciẽt quia deus dominabit iacob et finium terre.

Q uertent ad vesperā et fa-
mē patientur vt canes: r circu
ibūt ciuitatē I psi dispgentur
ad māducādū: si vero nō fue-
rint saturati r murmurabunt
E go aūt cātabo fortitudinez
tuā: r exaltabo mane miaz tu
am Q r factꝰ es susceptor meꝰ
et refugiū meū: in die tribula
tionis mee H diutor meꝰ tibi
psallā: qz deꝰ susceptor meus
es deꝰ meꝰ mia mea. G lia. añ
Juste iudicate filij hoiz. p. lix
D Eus repulisti nos et de-
struxisti nos: iratus es r
misertꝰ es nobis. Q ōmouisti
terrā r cōturbasti eā: sana con-
tritiones eiꝰ qz cōmota est. O stē
disti pl'o tuo dura: potasti nos
vino cōpūctionis D edisti me
tuētibus te significationē: vt
fugiāt a facie arcꝰ U t liberen
tur dilecti tui: saluū fac dexte
tua r exaudi me: D eus locutꝰ
est in scō suo: lętaboz r ptiboz
sichimā et cōuallem taberna
culoꝝ metiboz. M eꝰ est ga
laad r meꝰ est manasses: r ef-
fraim fortitudo capitis mei.
I uda rex meꝰ moab olla spei
mee. I n idumeā extendā cal
ciamētū meū michi alienige-
ne subditi sūt. Q uis deducet
me in ciuitatez munitā: q̄s de
cet me vsz ī idumeā N ōne tu
deꝰ q̄ repulisti nos: et nō egre
dieris deꝰ in x̄turibꝰ nr̄is O a
nobis auxiliū de tribulatiōe:
et vana salus hoīs I n deo faci
emus x̄ virtutē: et ipe ad nichilū
deducet tribulātes nos. ℣ps. lx
E x audi deꝰ dep̄cationem
meam: intende oratioui
mee H finibus terre ad te cla
maui dū anxiaretur coz meū:
in petra exaltasti me D eduxi
sti me qz factꝰ es spes mea tur
ris fortitudinis a facie īimici
I nhabitabo in tabernaculo
tuo ī scla: ptegar ī velamēto
alaꝝ tuarū. ℣. ñ tu deꝰ meꝰ ex
audisti oratꝰ meā: dedisti hēdi
tatē timētibꝰ nomē tuū. D ies
sup dies regis adiicies: ānos
eius vsq; in diē generationis
r gñatōis. P ermanet ī eternū
in cōspectu dei: miam r x̄itatē
eiꝰ q̄ requret S ic psalmū dicaz
nomi tuo in scla scli: vt reddaz
vota mea de die in diē. G lia. ā
Da nobis dñe auxiliū de tri-
P Onne (bulatōe. ℣ps. lxi
deo subiecta erit aīa mea
ab ipō ei salutare meū. P am
et ipe deꝰ meus et salutar meꝰ
us: susceptor meꝰ r nō moue-
boz āplius. Q uousq; irruitis
in hoiez: interficitis vniuersi
vos tanq̄ parieti inclinato et
macerie depulse. U erūtn̄ p̄ci
um meū cogitauerūt repelle-
re: cucurri in siti oze suo bn̄di-
cebant: r eoꝝ de suo maledice-
bāt U erūtn̄ deo subiecta esto
aīa mea qm̄ ab ipso patientia
mea Q z ipe deꝰ meꝰ r saluatoꝝ

meus: adiutor me⁹ nõ emigra
bo In deo salutare meũ ⁊ gl'a
mea: de⁹ auxilij mei ⁊ spes mã
in deo est. Sperate i eo oĩs cõ
gregatio ppli: effũdite coram
illo corda vra: de⁹ adiutor nr
in eternũ Uerũtñ vani filij ho
minũ mendaces filij hoĩm in
stateris: vt decipiãt ipi de vai
tate in idipm Nolite sperare in
iniqtate ⁊ rapinas nolite cõcu
piscere: diuitie si affluant no
lite cor apponere Semel locu
tus est de⁹ duo hec audiui qa
potestas dei est ⁊ tibi dñe mia
qr tu reddes vnicuiq; iuxta o=

OE⁹ de⁹ ps. lxij pera sua.
meus: ad te de luce vigi
lo Sitiuit in te aia mea: q̃m l'
tipliciter tibi caro mea In ter
ra deserta inuia ⁊ inaqsa sic in
sancto apparui tibi: vt viderẽ
virtutẽ tuã ⁊ gloriã tuã. Qñ
melior est mia tua supvitas la
bia mea laudabũt te. Sic bñ=
dicã te in vita mea: ⁊ i noĩe tuo
leuabo manꝰ meas Sicut adi
pe ⁊ piguedĩe repleat aia mã
et labijs exultatiõis laudabit
os meũ Sic memor fui tui su=
per stratũ meũ: ĩ maturis me=
ditabor in te qr fuisti adiutor
meus Et in velamẽto alaꝝ tu
arũ exultabo adhesit aia mea
post te: me suscepit dextra tua
Ipsi vo in vanũ q̃sierũt aiaꝫ
meã introibũt in ĩferiora tre:
tradent i manꝰ gladij partes
vulpiũ erũt. Rex vero letabit
in deo laudabũtur õs qui iu=
rant in eo: qr obstructũ est os
loquẽtiũ iniqua. ps. lxij.
Exaudi deus oronẽ meã
cũ depc or: a timore inimici eri
pe aiam meã Protexisti me a
conuẽtu malignãtiũ: a multi
tudine opantiũ iniqtatẽ. Qr
exacuerũt vt gladiuꝫ linguas
suas: intẽderũt arcũ rez ama
ram: vt sagitẽt in occultis im
maculatũ Subito sagitabunt
eũ et nõ timebũt: firmauerunt
sibi sermonẽ nequã Narraue
runt vt abscõderẽt laqos: di=
xerũt qs videbit eos Scrutati
sũt iniqtates: defecerũt scru=
tantes scrutinio. Accedet hõ
ad cor altũ: ⁊ exaltabit deus.
Sagitte puuloꝝ facte sũt pla
ge eoꝝ: et infirmate sũt cõtra
eos lingue eoꝝ Cõturbati sũt
õs q̃ videbãt eos: ⁊ timuit oĩs
homo. Et annũciauerũt opa
dei: ⁊ facta eiꝰ intellexerũt Le
tabitur iustus in dño: ⁊ spera=
bit in eo⁹ laudabunt õs recti
corde Glia. ps. A timore ini=
mici eripe dñe aiam meã Non
dicit ad noc. iste ps. ds. lxiiij.
Te decet hymnꝰ de⁹ i syõ:
et tibi reddetur votuꝫ in
hierlm. Exaudi oronem meã
ad te oĩs caro veniet Uerba ĩi
quoꝝ ñ pualuerũt super nos: ⁊
impietatibꝰ nr̃is tu propicia=
beris Beatꝰ quẽ elegisti ⁊ assũ

ſi ſti: inhabitabit in atriis tuis
Replebimur in bonis domus tue
ſanctum eſt templum tuum mirabile
in equitate. Exaudi nos deus ſa
lutaris nr̃ ſpes oim finiũ tre:
et in mari longe. Qui parans mõ
tes in virtute tua: accinctus potẽ
tia q̃ cõturbas profundum maris
ſonum fluctuum eius. Turbabunt
gẽtes et timebũt q̃ habitant termi
nos a ſignis tuis: exitus ma=
tutini et veſpe delectabis. Qui
viſitaſti terrã et inebriaſti eam:
multiplicaſti locupletare eam
Flumẽ dei repletum eſt aq̃s: pa
ſti cibũ illorũ qm̃ ita eſt ꝓpara
tio eius. Rigans ſulcos eius inebriãs ml̃
tiplica genimina eius: in ſtillici
diis eius letabit germinãs Benedi
dices corone ãni benignitatis
tue: et campi tui replebũtur vber
tate. Pinguescẽt ſpeciosa de
ſerti: et exultatõe colles accin
genit. Indutiſt arietes ouium et
valles abũdabũt frumẽto cla
mabũt etei hymnum dicẽt.

Iubilate deo oīs terra: pſal
mum dicite nomi eius: date glozia
laudi eius. Dicite deo q̃ terri
bilia ſunt opa tua dñe: in mlti=
tudie virtutis tue mẽtient tibi
inimici tui. Omis terra adozet
te et pſallat tibi: pſalmum dicat
nomi tuo. Venite et videte opa
dei: terribilis in cõſiliis ſuper
filios hoim. Qui cõuertit ma
re in aridã: in fluie pertrãſibũt
pede. ibi letabimur in ipso.
Qui dñat in virtute ſua in eter=
nũ: oculi eius ſup gẽtes reſpici=
unt q̃ exaſperãt nõ exaltentur
in ſemetipſis. Benedicite gentes
deum nr̃m: et auditã facite vocẽ
laudis eius. Qui poſuit animã
meã ad vitã: et nõ dedit in com
motiõem pedes meos. Quoniam ꝓ
baſti nos deus: igne nos exami
naſti ſicut examinat argentum
Induxiſti nos in laqueum: poſui
ſti tribulatiões in dorſo noſtro
ipoſuiſti homines ſup capita no
ſtra Transiuim⁹ ignem et aquã
et eduxiſti nos in refrigerium
Introibo in domũ tuã in holocau
ſtis: reddã tibi vota mea q̃ di
ſtinxerũt labia mea. Et locu
tum est os meum: in tribulatõe mea.
Holocausta medullata offeram
tibi cum incẽſo arietum: offerã ti=
bi boues cum hyrcis. Venite au
dite et narrabo oēs q̃ timetis deum
quãta fecit aie mee. Ad ipm
ore mo clamaui: et exaltaui ſub
lingua mea. Iniquitatem ſi aſpe
xi in corde meo: nõ exaudiet do
min⁹. Propterea exaudiuit
de⁹: et attẽdit voci deprecatõnis
mee Benedict⁹ de⁹ q̃ nõ amouit
oratiõem meã et miam ſuã a me.

Hõ dñ ad noc. iſte ps. ps. lxvi

Deus miſeat nobis et benedi=
cat nobis: illuſtret vultum
ſuum ſup nos et miſeat nobis. Ut
cognoſcam⁹ in tra viã tuã: in
oib⁹ gentib⁹ ſalutare tuum. Con=
fiteant tibi ppli de⁹: cõfiteant

tibi ppli ōs. Letent⁊ exłtēt gētes qm iudicas pplos i eq= tate:⁊ gētes in tra dirigis. Cō fiteant tibi ppli deꝰ: cōfiteant tibi ppli ōs terra dedit fructū suū. Benedicat nos deꝰ deꝰ nr: benedicat nos deꝰ:⁊ metuant eū ōs fines terre. ps. lxvii.

Exurgat deꝰ⁊ dissipēt⁊ inimici eiꝰ:⁊ fugiāt q̄ odeꝝ rūt eū a facie eius. Sicut deficit fumꝰ deficiāt: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereāt peccatores a facie dei. Et iusti epulent⁊ exultēt i cōspectu dī⁊ delectent⁊ in letitia. Cātate deo psalmū dicite nōi eiꝰ: iter facite ei q̄ ascēdit sup occasuꝫ dñs nomē illi. Exultate in cōspectu eiꝰ turbabūtur a facie eius patris orphanoꝝ⁊ iudicis viduarū. Deꝰ in loco sācto suo: deꝰ q̄ inhītare facit vnius moris i domo. Qui eduxit vinctos i fortitudie: sil⁊ reos q̄ exasperāt q̄ hītant i sepulchris. Deꝰ cū egrederēris in cōspectu ppli tui: cū pgrāsil⁊ res i deserto. Terra mota est etei celi distillauerūt a facie dei synai: a facie dei israel. Pluuiā voluntariā segregabis deꝰ hereditati tue:⁊ infirmata est. tu vo pfecisti eā. Bestia tua habitabūt in ea: parasti i dulcedie tua paupi deus. Dñs dabit verbū euāgelizantibꝰ: virtute mlta Rex virtutū dilecti dilecti: et speciei domꝰ diuidere spolia. Si dormiatis int medios cleros pēne colūbe deargētate:⁊ posterioza dorsi eiꝰ in pallore auri. Dū discernit celestis reges super eā niue dealbabūt i selmon: mōs dei mōs pinguis. Mōs coagulatꝰ mōs pinguis vt q̄d suspicamini mōtes coagulatos. Mōs i quo bñplacitū est deo hītare i eo: etenī dñs hītabit in finē. Currꝰ dei decē milibꝰ multiplex milia letantiū: dñs i eis in synai i sancto. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatē: accepisti dona i hoībꝰ. Etenī nō credētes: inhītare dñm deū. Benedictꝰ dñs die q̄tidie: prosperiter faciet nobis deꝰ salutariū nroꝝ. Deus noster deꝰ saluos faciēdi⁊ dñi domini exitꝰ mortis. Verūtamen deꝰ confringet capita inimicoꝝū suoꝝ: verticē capilli pambulantiū i delictis suis. Dixit dominꝰ ex basan: conuertā conuertā i profundū maris. Ut intingat pes tuus in sanguine: lingua canū tuoꝝ ex inimicis ab ipo. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerūt principes cōiūcti psallētibus in medio iuuēculaꝝ tympanistriaꝝ. In ecclīs bñdicite dō domīo de fontibꝰ israel. Ibi beniamin adolescentulꝰ: in mentis excessu. Principes iuda

duces eoꝝ: ꝓncipes zabulon ꝛ ꝓncipes neptalim. Mãda deꝰ virtuti tue cõfirma deꝰ hoc qđ operatus es in nobis. Hẽplo tuo in hierl̃z: tibi offerẽt reges munera. Increpa feras arundinis cõgregatio taurorꝫ ꝛ vaccas ppl̃orꝫ vt exeludant eos q̃ ꝓbati sunt argẽto. Dissipa gẽtes q̃ bella volũt: venient legati ex egypto: ethyopia ꝓcurrat manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite domio. Psallite deo q̃ ascendit super celũ celi ad orientẽ. Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis: date gloriã deo sup israel magnificentia eiꝰ ꝛ virtus eiꝰ in nubibus. Mirabilis deꝰ in sanctis suis deus israel: ipe dabit virtutez ꝛ fortitudinẽ plebi sue bñdictꝰ deꝰ. Glia. Ãn. In ecclesijs benedicite dño. ℣. Deꝰ vitã meã ãnũciaui tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas i cõspectu tuo. Ante laudes. ℣. Fiat mia vtꝫ in lau. ã. Amplius lava me deꝰ ab iniustitia mea. ꝑs. Miserere. ãn. Te decet hymnus deꝰ in syon. ꝑs. Ꝑm. ãn. Labia mea laudabunt te in vita mea deꝰ me. ꝑs. Deus deus.

Exultauit coꝛ meũ i dño: ꝛ exaltatũ est cornu meũ in deo meo. Dilatatum est os meũ sup inimicos meos: qz letata sũ in salutari tuo. Nõ est sanctꝰ vt est dñs neqꝫ enĩ ẽ alius extra te: ꝛ nõ ẽ fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui: sublimia gliantes. Recedãt vetera de oreveſtro: qz deꝰ sciarũ dñs ẽ: ꝛ ipi ꝓparantur cogitatões. Hic fortiũ supatꝰ est: ꝛ infirmi accincti sunt robore. Repleti priꝰ ꝓpanib⁹ se locauerũt: ꝛ famelici saturati sũt. Donec sterilis peperit plurimos: ꝛ q̃ mltos habebat filios infirmata est. Dominꝰ mortificat ꝛ viuificat: deducit ad iferos ꝛ reducit. Dominꝰ pauperẽ facit ꝛ ditat: humiliat ꝛ subleuat. Suscitans de puluere egenũ: ꝛ de sterchore erigẽs pauperẽ. Ut sedeat cũ ꝓncipib⁹: ꝛ solioũ glie teneat. Dni enĩ sunt cardines tre ꝛ posuit sup eos orbẽ. Pedes sanctorũ suoꝝ seruabit et ipi in tenebris cõticescẽt: qz nõ in fortitudĩe sua roborabit vir. Dñm formidabũt aduersarij ei⁹: ꝛ sup ipsos in celis tõabit. Dñs iudicabit fines tre ꝛ dabit ꝑiũ regi suo: ꝛ sublimabit cornu xpi sui. Glia. ã. Dominꝰ iudicabit fines terre. ãn. Celi celorũ laudate dñm. ꝑs. Laudate dominũ. Ca. Vigilate. hyᵐ.

Nox et tenebre et nubila cõfusa mundi ꝛ turbida lux intrat albescit polꝰ: xpus venit discedite. Quo aligo terre scindit: percusso solis spiculo: rebusqꝫ iam color redit vultu ni

tentis sideri. Te xpe solū nouimus: te mēte pura ⁊ simplici flēdo canēdo q̄s intēde nostris sensib⁹. Fūt multa fusci illita: q̄ luce purgenf tua: tu lux eoy sideris vultu sereno illumia. Deo patri. ℣. In maturinis. Lāu. Vigilate. Per eſtatē. hy⁹ Ecce iā. ℣. In maturinis. ān. Salutē ex īimicis nostris ⁊ de manu oim q̄ nos oderūt libera nos dñe. ps. B⁹ Preces vtr̄. orō vt dz. Cf. v. ad mat. inuita Adoremus dñm Qm ipe fecit nos. ps Ac

Nite exultem⁹. hymnus Ox atra rerum cōtegit terre colores oim nos cōfitentes poscim⁹ te iuste iudex corde diū. Ut auferas piacula: sordesq̄ mentis abluas: doneſq̄ xpe grām vt arceanf crimina Mens ecce torpet īpia: quaz culpa mordet noxia: obscura gestit tollere: ⁊ te redēptor q̄rere. Repelle tu caligīē itrisecus q̄ maxime vt in btō gaudeat se collocari lumine. Dre sta pf. Per eſtatē. hy⁹ Nocte surgētes. Sup noc. ps. lxviii.

Aluū me fac de⁹ qm̄ intrauerūt aque: vsq̄ ad aiam meā In fixus sū in limo pfūdi: ⁊ nō est substātia. Veni in altitudines maris: ⁊ tēpestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dum spero in deū meū Multiplicati sūt sup capillos capitis mei q̄ oderūt me gratis. Cōfortati sūt q̄ persecuti sūt me inimici mei inuste: q̄ nō rapui tunc exoluebā. Deus tu scis īsipiētiā meā: ⁊ delicta mea a te nō sunt abscōdita. Nō erubescāt in me q̄ expectāt te domie: domine virtutū. Non cōfundantur sup me: q̄ querūt te de⁹ isrl. Qm̄ ppter te sustinui opprobriū: operuit cōfusio faciē meā. Extraneus factus sū fratribus meis: ⁊ pegrinus filijs matris mee. Qm̄ zelus dom⁹ tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me Et operui in ieiunio aiam meā ⁊ factū est in opprobriū mihi. Et posui vestimētū meū cilicio: ⁊ factus sū illis in pabolā Adūsū me loq̄bantur q̄ sedebāt in porta: ⁊ i me psallebāt q̄ bibebāt vinū. Ego vero orōez meaz ad te dñe: tps bñplaciti de⁹ In multitudie mie tue exaudi me: in veritate saluti tue Eripe me de luto vt nō infingar: libera me ab his q̄ oderūt me. ⁊ de pfūdis aquarū. Non me demergat tēpestas aque: neq̄ absorbeat me pfundum neq̄ vrgeat sup me puteus os suū. Exaudi me dñe qm̄ benigna ē mia tua: fm multitudinē miserationū tuaz respice in

me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm tribulor veloci ter exaudi me. Intēde anime mee et libera eā: ppt inimicos meos etipe me. Tu scis ipro periū meū et cōfusionē meam: et reuerētiā meā. In cōspectu tuo sunt ōs q tribulāt me: im properiū expectauit cor meū et miseriā. Et sustinui qui simul contristaret et non fuit: et q cō solaret et non inueni. Et dede rūt i escā meā fel: et in situ mea potauerūt me aceto. Fiat mē sa eor corā ipis in laqueū: et in retributiōes et in scādalū. Obscurent oculi eor ne videant: et dorsū eor sp incurua. Effunde sup eos irā tuā: et furor ire tue cōprehēdat eos. Fiat habitatio eor deserta: et i tabernaculis eor non sit q inhabitet. Quoniam quē tu percussisti persecutisē et sup dolorē vulnerū meorum addiderūt. Appone iniquitatē sup iniquitatē eor: et nō intrent in iusticiā tuā. Deleant de libro viuētiū: et cū iustis nō scribant. Ego sum pauper et dolēs salus tua deus suscepit me. Laudabo nomē dei cum cantico: et magnificabo eū in laude. Et placebit deo sup vitulū nouellū: cornua producentē et vngulas. Videāt pauperes et letentur: quirite deū et viuet aia vra. Quoniam exaudiuit pauperes dns: et vinctos suos nō despexit. Laudēt illū celi et terra: mare et oia reptilia in eis. Quoniam deus saluā faciet sy: et edificabunt ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi et hēditate acquirent eā. Et semē seruor ei possidebit eā: et q diligūt nomē ei habitabūt in

DEus in adiutoriū ps. lxix. ea rūmeū intende: dne ad adiuuandū me festina. Confundātur et reuereant q quārunt aiam meā. Auertant retrorsū et erubescāt q volūt michi mala. Auertant statī erubescētes: q dicūt michi euge euge. Exultēt et letētur i te oēs q quārūt te et dicāt: sp magnificet dns q diligūt salutare tuū. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: dne ne moreris. Gla patri et filio: et spiritui sancto. Sicut. Domine deus i adiutoriū meum intende. ps. lxx.

In te domine speraui non confundar in eternū: in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuā: et salua me. Esto michi in deum protectorem: et in locum munitum vt saluum me facias. Quoniam firmamētum meum: et refugium meū es tu. Deus meus eripe me de manu pctōris: et de manu trāsgredētis et iniqui. Quoniam tu es patiētia mea dne: dne spes mea a iuuētute mea. In te cōfirmatus sū ex vtero: de vētre mris

mee: tu es ꝓtector me⁹. In te
cãtatio mea sp tanq̃ ꝓdigiuz
fact⁹ sum multis: r tu adiutor
fortis. Repleat os meũ laude
vt cantẽ gloriaz tuã: tota die
magnitudinẽ tuã. Ne ꝓicias
me i tpe senectutis: cũ defece-
rit virtus mea ne derelinq̃s me
Qr dixerũt inimici mei michi:
et q̃ custodiebãt aiam meã cõ
siliũ fecerũt in vnũ. Dicẽtes de
us dereliquit eum ꝓsequimini et
comphẽdite eũ: qr nõ est q̃ eri-
piat. Deus ne elõgeris a me: de
us me⁹ in auxiliũ meũ respice
Confundãtur r deficiãt detra-
hẽtes aie mee: opiãt cõfusiõe
et pudore: q̃ q̃rũt mala michi
Ego aũt sp sperabo: et adiciaz
sup oẽm laudẽ tuã. Os meum
ãnũciabit iusticiã tuam: tota
die salutare tuũ. Qm̃ nõ cogno
ui litteraturã introibo i potẽti
as dñi: dñe memorabor iusti-
cie tue solius. Deus docuisti me
a iuuẽtute mea: r vsq; nũc pro
nũciabo mirabilia tua. Et vsq;
in senectã r seniũ: deus ne dere-
linq̃s me. Donec annũciẽ bra
chiũ tuũ: generationi oi q̃ ven
tura est. Potẽtiã tuã r iusticiã
tuã deus vsq; in altissima q̃ fe-
cisti magnalia: deus q̃s simil tibi
Quãtas ostẽdisti michi tribu
lationes multas r malas r cõ-
versus vivificasti me: r de abyssis
terre iterũ reduxisti me. Multi
plicasti magnificẽtiã tuã: r cõ
uersus cõsolat⁹ es me. Nam r
et ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuã deus: psal-
lam tibi i cythara sanctus is-
rael. Exultabũt labia mea cuz
cãtauero tibi r aia mea quam
redemisti. Sed r lingua mea
tota die meditabit iusticiã tu
am: cum confusi r reuereriti fue
rint: q̃ q̃rũt mala michi. ꝑs.

DEus iudiciũ tuum regi da: r iusticiã tuam
filio regis. Iudicare populuz
tuum in iustitia: et pauperes
tuos in iudicio. Suscipiãt mõ
tes pacem populo: r colles iu
sticiaz. Iudicabit pauperes po
puli r saluos faciet filios pau
perũ: r hũiliabit calũniatorem
Et permanebit cũ sole: r ante lu-
nã in gnationem gnationẽ. De
scẽdet sicut pluuia i vellus: r si
cut stillicidia stillãtia sup trã
Oriet in diebus eius iustitia r abũ
dãtia pacis: donec auferat lu
na. Et dñabit a mari vsq; ad
mare: r a fluuiis vsq; ad fines
orbis trarũ. Coram illo proci
dẽt ethyopes: r inimici eius ter
ram lingent. Reges tharsis r
insule munera offerent reges
arabum r saba dona adducẽt
Et adorabunt omnes reges:
omnes gentes seruient ei. Qr
liberabit pauperem a potente
et pauperem cui non erat ad-
iutor. Parcet pauperi r inopi
et animas pauperum saluas

faciet. ℟ xvsuris ⁊ iniq̃tate re
dimet aias eoꝝ: ⁊ honorabile
nomẽ eoꝝ coꝝ illo. ℟ t viuet
⁊ dabit ei de auro arabie: ⁊ a-
dorabũt de ipo semp tota die
bñdicẽt ei. ℟ rit firmamẽtũ in
ra in sũmis montiũ superexto
lek sup libanũ fructꝰ ei⁹: ⁊ flore
bũt de ciuitate sicut fenũ ter-
re. ℟ it nomẽ ei⁹ benedictũ in
scula: ante solẽ permanet no
men eius ℟ t bñdicenk in ipo
oẽs tribus terre; oẽs gẽtes ma
gnificabunt eũ. ℟ bñdictꝰ dñs
deꝰ israel: q̃ facit mirabilia so
lus. ℟ t bñdictũ nomen maie
statis eiꝰ in eternũ: ⁊ replebit
maiestate eiꝰ oĩs terra fiat fiat
℟ lia. ãn. Esto mihi dñe l deũ
ptector. ℣. ℟ xij.

Q Ua bonꝰ israel: ds his q̃
recto sũt corde ℣ ei aũt pene
moti sũt pedes: pene effusi sũt
gressus mei. Q uia zelaui sup
iniq̃: pacẽ pctoꝝ videns. Q ⁊
nõ est respectus morti coꝝ: et
firmamentũ in plaga eoꝝ ℣ n
labore hoim nõ sũt: ⁊ cũ homi
nibꝰ nõ flagellabũtur ℣ deo te
nuit eos superbia: opti sunt ini-
q̃tate ⁊ ĩpietate sua. ℣ rodiit
q̃si ex adipe iniq̃tas eoꝝ: tran
sierũt in affectũ cordis ℣ ogi
tauerũt ⁊ locuti sũt nequiciã:
iniq̃tatẽ in excelso locuti sunt
℣ posuerũt in celũ os suũ: ⁊ lin
gua eoꝝ trãsiuit in ra. ℣ deo
cõuertet ppls meus hic: ⁊ di-
es pleni inueniẽtur in eis. ℟ t
dixerũt quomodo scit deꝰ: ⁊ si
est sciẽtia in excelso ℟ cce ipsi
pctores et abũdantes in scło:
obtinuerũt diuitias ℟ t dixi g
sine causa iustificaui cor meũ
et laui iter inocẽtes manꝰ me
as ℟ t fui flagellatus tota die
et castigatio mea i matutinis
Si dicebam narrabo sic: ecce
nationẽ filiorꝝ tuorꝝ reprobaui
℟ xistimabã vt cognoscerez
hoc labor est añ me Q onec in-
trẽ in sanctuariũ dei: ⁊ intelli
gam in nouissimis eoꝝ U erũ
tamẽ ppter dolos posuisti eis
dejecisti eos dũ alleuarentur.
Q uõ facti sũt in desolationez
subito defecerũt perierũt ppt
iniq̃tatẽ suã. U elut sõnũ sur
gentiũ: dñe l ciuitate tua ima
ginẽ ipozũ ad nichilũ redigez
Q ⁊ inflãmatũ ẽ cor meũ: ⁊ re-
nes mei ꝯmutati sũt ⁊ ego ad
nichilũ redactus sũ ⁊ nescini.
U t iumẽtũ factꝰ sũ apud te: ⁊
ego semp tecũ G enuisti manũ
dexterã meã: ⁊ in volũtate tua
deduxisti me: ⁊ cũ gl'a suscepi
sti me. Q uid eni michi est ĩ ce
lo: ⁊ a te quid volui sup terrã.
D efecit caro mea ⁊ cor meuz:
deꝰ cordis mei ⁊ pars mea de
us inetnũ Q uia ecce q̃ elõgãt
se a te peribũt: et pdidisti oẽs q̃
fornicant abs te ℣ ihi aũt ad
herere deo bonũ est: ponere in
dño deo spem meã U t annũci

em oēs predicationes tuas in portis filie syon. ps.lxxiij.

Ut quid deꝰ repulisti in finē: iratus est furor tuus sup oues pascue tue. Memor esto cōgregatōis tue: quā possedisti ab initio. Redemisti virgā hereditatis tue: mōs syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eor in finē: quāta malignatꝰ est inimicus in sancto. Et gliati sunt qui oderūt te: in medio solēnitatis tue. Posuerūt signa sua signa et nō cognouerūt: sicut in exitu sup summū. Quasi in silua lignor securibꝰ exciderunt ianuas eius in idipm: in securi et ascia deiecerūt eā. Incenderūt igni sanctuariū tuuz: in terra polluerūt tabernaculū nominis tui. Dixerūt in corde suo cognationes eor simul quiescere faciamꝰ: oēs dies festos dei terra. Signa nra nō vidimꝰ iam nō est pphēta: et nos nō cognoscet amplius. Usquequo deꝰ improperabit inimicus: irritat adūsarius nomē tuū in finem. Ut quid auertis manū tuā et dexteraz tuā: de medio sinu tuo in finē. Deus aūt rex nr ante secula: operatꝰ est salutē in medio terre. Tu cōfirmasti in virtute tua mare: cōtribulasti capita draconū in aqs. Tu cōfregisti capita draconis dedisti eū escā populis ethiopū. Tu dirupisti fōtes et torrētes tu siccasti fluuios ethā. Tuus est dies et tua est nox: tu fabricatꝰ es auroꝝ et solē. Tu fecisti oēs terminos terre: estatē et ver tu plasmasti ea. Memor esto hui⁹ inimicꝰ improperauit dño et populꝰ insipiēs incitauit nomē tuū. Ne tradas bestijs aiaz confitētes tibi: et aias pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. Respice in testamētū tuū quia repleti sūt qui obscurati sūt terre domibus iniquitatū. Ne auertat hūilis factꝰ cōfusꝰ: pauper et inops laudabit nomē tuū. Exurge deus iudica causā meā: memor esto improperiorū tuorū eorum q̄ ab insipiēte sūt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorū tuorum superbia eor qui te oderūt ascendit sp̄. Ha. añ. Liberasti xp̄e gazā hereditatis tue ps.lxxiij

Confitebimur tibi deꝰ confitebimur: et inuocabimꝰ nomē tuū. Narrabo mirabilia tua: cū accepo tps ego iustitias iudicabo. Liquefacta ē terra et oēs qui habitāt in ea: ego cōfirmaui colūnas eius. Dixi iniqs nolite iniq̄ agere: et delinquētib⁹ nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrū: nolite loqui adūsus deū iniquitatē. Quia nec ab oriente neq̄ ab occidente neq̄ a desertis mōtib⁹: quīa deus iudex est. Hunc humiliat et hūc exaltat: quia calix in manu dñi vi-

ni meri plen⁹ mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verūtamē fex ei⁹ nō est exinanita bibent oēs pctōres terre. Ego autez annūciabo in sēcm: cātabo dō iacob. Et oia cozna pctōzuz cōfringam: ⁊ exaltabūtur cozna iusti.

Psalmus lxxv.

Notus in iudea de⁹: i isr magnū nomē eius. Et factus est in pace locus ei⁹: ⁊ hītatio ei⁹ in syon. Ibi cōfregit potē tias: arcū scutū gladiū ⁊ bellū Illuminās tu mirabiliē a mō tib⁹ eternis: turbati sūt oēs in sipiētes corde. Dormierunt somnū suū ⁊ nichil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manibus suis. Ab increpatiōe tua de⁹ iacob: dormitauerūt q̄ ascēde rūt equos. Tu kribilis es ⁊ qs resistet tibi: extūc ira tua. De celo auditū feciſti ⁊ iudicium ⁊ra tremuit ⁊ quieuit. Cū exurgeret in iudicio de⁹: vt saluos faceret oēs māsuetos ⁊re Quōm cogitatio hoīs cōfitebit tibi: ⁊ reliquie cogitatōis diē festū agēt tibi. Uouete ⁊ reddite dño deo vr̄o: oēs q̄ in circuitu eius affertis munera. Terribili ⁊ ei q̄ aufert spīm p̄ncipū kribili apd̄ ōs reges ⁊re. Psalm. Jn israel magnū nomē ei⁹

Psalmus lxxvi

Uoce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deum ⁊ intēdit michi In die tribulatōis mee deū exq̄siui manib⁹ meis: nocte cōtra eū ⁊ nō sum decept⁹ Renuit cōsolari aīa mea: meōr fui dei ⁊ delectatus sū et exercitat⁹ sū: ⁊ defecit spūs meus. Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbat⁹ sum ⁊ nō sū locutus. Cogitaui dies ātiq̄s: ānos eternos in mēte habui. Et meditat⁹ sum nocte cū corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scopebā spūs meū. Nūqd in eternū piciet de⁹: ⁊ nō appōet vt cōplacitior sit adhuc Aut in finē mīaz suā abscidet: a generatōe in generationē. Aut obliuiscet misereri de⁹: aut cōtinebit in ira sua mīas suas. Et dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Meōr fui operū dñi: q̄r memor ero ab initio mirabiliū tuor. Et meditabor in oībus opibus tuis: ⁊ in adinuēcionib⁹ tuis exercebor De⁹ in sctō via tua q̄s de⁹ magnus sicut dōs nr̄: tu es de⁹ qui facis mirabilia. Notā fecisti ī pplis virtutē tuā: redemisti ī brachio tuo ppl̄z tuū: filios iacob ⁊ ioseph Uiderūt te aque de⁹ viderūt te aque: ⁊ timuerūt ⁊ turbate sūt abyssi. Multitudo sonit⁹ aquarū: vocē dederūt nubes. Etenī sagitte tue transeūt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerūt chorusc̄atiōes tue orbi terre: cōmota est ⁊ cōtremuit terra In mari via tua ⁊ semita tua ī aq̄s multis: ⁊ vestigia

tua nō cognoscētur. Oeduxisti sicut oues ppl'm tuū: ī manu moysi ꝛ aaron. ps. lxxvij.

Et sacrificẽt sacrificiũ laudis et annũciẽt opa ei⁹ ĩ exultatione Qui descẽdũt mare ĩ nauibus: faciẽtes opationẽ ĩ aquis multis. Ip̃i viderũt opa dñi: et mirabilia ei⁹ ĩ pfũdo Dixit et stetit spũs procelle: et exaltati sũt fluct⁹ eius. Ascendũt vsq; ad celos et descẽdt vsq; ad abyssos: aĩa eor ĩ malis tabescebat Turbati sũt et moti sũt sicẽ ebrius: et omis sapiẽtia eor devorata est Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽtur: et de necessitatib⁹ eor eduxit eos Et statuit procellã ei⁹ ĩ aurã: et siluerũt fluctus ei⁹. Et letati sũt qr siluerũt: et eduxit eos ĩ portũ voluntatis eor. Cõfiteant dño mie ei⁹: et mirabilia ei⁹ filijs hoim Et exaltẽt eũ ĩ ecclia plebis: et ĩ cathedra seniorũ laudent eũ Qui posuit flumina ĩ desertu: et exitꝰ aq̃rũ ĩ sitiz. Terrã fructiferã ĩ salsugine: a malicia ĩ habitãtiũ ĩ ea. Qui posuit desertu in stagna aq̃rũ: et terrã sine aq̃ in exitus aquaru Et collocauit illic esurientes: et cõstituerũt ciuitatẽ habitatiõis. Et semiauerũt agros et plãtauerunt vineas: et fecerũt fructũ natiuitatis Et bñdixit eis et multiplicati sũt nimis: et iumẽta eor non minorauit. Et pauci facti sũt et vexati sũt a tribulatione malor et dolore Effusa est contẽtio sup̃ principes: et errare fecit eos in iulo et nõ ĩ via. Et adiuuit pauperẽ de inopia et posuit sicut oues familias. Videbũt recti et letabũtur: et omis iniq̃tas oppilabit os suũ Quis sapiẽs et custodiet hec: et intelliget miaz dñi Elia. añ. Visita nos dñe ĩ salutari tuo. ps. cvij

Paratũ cor meũ deꝰ: paratũ cor meũ: cãtabo et psallam ĩ gl̃ia mea Exurge psalterium et cythara: exurgã diluculo Cõfitebor tibi in pplis dñe: et psallã tibi ĩ nationib⁹ Qr magna ẽ sup̃ celos mia tua: et vsq; ad nubes v̄itas tua Exaltare sup̃ celos deꝰ: et sup̃ oẽm terrã gl̃ia tua: vt liberentur dilecti tui Salũ fac dextera tua et exaudi me: deꝰ locutꝰ est ĩ sancto suo. Exultabo et diuidã sichimã: et cõuallẽ tabernaculoz dimetiar Meꝰ ẽ galaad et meꝰ est mnasses: et effraim susceptio capitis mei Juda rex meus: moab lebes spei mee In idumeã extẽdam calciamẽtũ meũ: michi alieni gene amici facti sũt Quis deducet me ĩ ciuitatẽ munitã: qs deducet me vsq; ĩ idumeã? Nõne tu deꝰ q̃ repulisti nos: et nõ exibis deus in v̄tutib⁹ nr̃is Da nobis auxiliũ de tribulatõe: qr vana salꝰ hois In deo faciemus v̄tutez et ipe ad nichilũ deducet inimicos nostros. ps. cviij.

Deus laudẽ meã ne tacu

eris: qz os pctōzis ꝛ os dolosi sup me aptū ẽst Locuti sūt ad uersū me līgua dolosa: ꝛ ſmonib⁹ odij circūdederūt me: et expugnauerūt me gratis. Pro eo vt me diligerēt detrahebāt mihi: ego aūt orabā Et posuerūt adūsū me mala p bonis: ꝛ odiū p dilectione mea. Cōstitue sup eum pctōrē: ꝛ diabolus stet a dextris ei⁹. Cū iudicatur exeat condēnat⁹: ꝛ oro ei⁹ fiat in pctm. Fiāt dies ei⁹ pauci: ꝛ episcopatū ei⁹ accipiat alter. Fiant filij ei⁹ orphani: ꝛ vxor ei⁹ vidua Nutātes trāsferant filij eius ꝛ mēdicēt: eijciant de habitatōib⁹ suis Scrutet fenerator oēm substātiā ei⁹: ꝛ diripiāt alieni labores ei⁹ Nō sit illi adiutor: nec sit q̄ misereat pupillis ei⁹. Fiāt nati ei⁹ ī interitū: ī gnatione vna deleat nomē ei⁹ In memoriā redeat iiqtas patrū ei⁹ ī cōspectu dñi et pctm mris ei⁹ nō delcatur. Fiāt cōtra dñm sp ꝛ dispereat de tra memoria eoz: p eo q̄ nō est recordat⁹ facere miam Et psecut⁹ ē hoiem inopem ꝛ mē dicū: ꝛ cōpūctum corde mortificare Et dilexit maledictiōez et veniet ei: ꝛ noluit bñdictionē ꝛ elōgabit ab eo. Et iduit maledictionē sicut vestimētū et intrauit sicut aq̄ in interiora ei⁹: ꝛ sicut oleū ī ossib⁹ ei⁹. Fiat ei sicut vestimētū quo opit et sicut zona q̄ sp̄ cingit Hoc op⁹ eoz q̄ detrahūt mihi apd dñm: ꝛ q̄ loquunt mala adūs⁹ aiam meaz. Et tu dñe dñe fac mecū ꝓpter nomē tuū: qz suauis ē mia tua Libera me quia egen⁹ ꝛ paup ego sū: ꝛ cor meum cōturbatū est ītra me. Sicut vmbra cū declinat ablat⁹ suz: et excussus sū sicut locuste Genua mea infirmata sūt a ieiunio: ꝛ caro mea imutata ē ꝓpt oleū Et ego fact⁹ sū opprobrium illis: viderūt me ꝛ mouerūt capita sua Adiuua me dñe deus me⁹: saluū me fac ꝑm miaz tuā. Et sciēt q: man⁹ tua hec: et tu dñe feciſti eā. Maledicēt illi ꝛ tu bñdices. q̄ insurgūt in me cōfūdant: seru⁹ aūt tu⁹ ietabit. Induātur q̄ detrahunt michi pudore: ꝛ opiātur sicut diploide cōfusione sua Cōfitebor dño nimis ī ore meo: ꝛī me dio multor laudabo eū. Qui astitit a dextris pauperis: vt saluā faceret a psequētib⁹ aiam meā. Glia. añ. Cōfitebor dño nimis ī ore meo ℣ Dñe exaudi orōnē meā. ℟ Et clamor meus ad te veniat. añ lau. ℣. Fiat mia tua dñe In lau. añ. Benigne fac ī bona volūtate tua dñe. ꝑ Miserere. añ. Me tuant dñm oēs fines terre. ꝑs. Deꝰ ỽ. añ. Bonū ē cōfiteri dño

Audite celi q̄ ꝑs. Ꝑz. loquar: audiat terra ver

fuj

ba oris mei. ☐ ☞crescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiū meū. ☐ uasi imber super herbā: & quasi stille super gramia. qz nomē dñi inuocabo Date magnificentiā deo nro: dei ei perfecta sūt opa & oēs vie ei⁹ iudicia. Deus fidelis & absq; vlla iniqtate iust⁹ & rect⁹ peccauerūt ei & nō filij ei⁹ ī sordib⁹. Generatio prana atq; peruersa: heccine reddis dño populo stulte & insipiēs ☐ unqd nō ipe ē pater tu⁹ q̄ possedit te: & fecit & creauit te. ☐ Memento dierū antiquoz: cogita gñationes singulas Interroga patrē tuū: & annūciabit tibi maiores tuos. & dicēt tibi. ☐ uando diuidebat altissim⁹ gētes: qñ sepabat filios adā. ☐ onstituit termios pplox: iuxta numerū filioz isrl. Pars autem dñi ppls ei⁹: iacob funiculus hereditat⁹ ei⁹ Inuenit eū ī tra deserta: in loco horroris & vaste solitudis. ☐ ircūduxit eū & docuit: & custodiuit q̄si pupillā ocli sui. Sicut aqla, puocās ad volandū pullos suos: & super eos volitās. Expandit alas suas & assūpsit eos: atq; portauit ī hūeris suis Dñs sol⁹ dux ei⁹ fuit: & nō erat cū eo de⁹ alien⁹. ☐ ōstituit eū super excelsam terrā: vt cōederet fruct⁹ agrorū. Ut sugeret mel de petra: oleūq; de saxo durissimo. Butirū de armēto: & lac de ouib⁹ cū adipe agnoz & arietū filioru basan & hyrcos cū medulla tritici: & sanguinē vue bibere mer acissimū Incrassat⁹ ē dilectus & recalcitrauit: icrassatus ipinguat⁹ dilatat⁹. Dereliqt deū factorē suū: & recessit a deo salutari suo. Prouocauerūt eū in dijs aliēis: & in abominatōib⁹ ad iracūdiā ꝯcitauerūt Immolauerūt demonijs & nō deo: dijs q̄s ignorabant. Noui recētesq; venerūt quos nō coluerūt patres eoz. Deū q̄ te genuit dereliqsti: et oblit⁹ es dñi creatoris tui. Uidit dñs & ad iracūdiā cōcitat⁹ est: qz puocauerūt eū filij sui & filie & ait abscōdā faciē meā ab eis: & ꝯsiderabo nouissima eoz. Generatio enī puersa ē: & infideles filij Ipsi me puocauerūt in eo q̄ nō erat de⁹: et irritauerūt in vanitatib⁹ suis & ego puocabo eos in eo q̄ nō est ppls: & in gēte stulta irritabo illos. Ignis succēsus ē in furore meo: & ardebit vsq; ad ifernū nouissima. Deuorabit q; terrā cū germie suo: & montiū fundamēta cōburet. Congregabo sup eos mala: & sagitas meas cōplebo in eis. Cōsument fame & deuorabūt eos aues: morsu amarissimo. Dēs bestiaz imittā in eos: cum furore trahentiū sup terrā at-

q̄ serpentiū. Horis vastabit eos gladi⁹: t int⁹ pauor. Iuuenē simul ac virginē lactētē cū hoie sene. Et dixi vbi nam sūt: cessare faciā ex hoīb⁹ mēoriam eoz. Sed ppt̄ irā inimicoz distuli: ne forte supbirent hostes eoz. Et t dicerēt manꝰ nra excelsa: t nō dñs fecit hec oīa. Gens absq̄ cōsilio est t sine prudētia: vtinā saperēt et intelligerēt ac nouissima prouiderēt. Quō psequebat vnus mille: t duo fugarēt decē milia. Nōne ideo q̄ deꝰ suꝰ vēdidit eos: t dñs conclusit illos. Non enī est deꝰ nr̄ vt dij eorū: t inimici nr̄i sicut iudices Oc vines sodomoz vinea eoz: et de suburbāis gomorre. Uua eoz vua fellis: botri amarissimi. Fel draconū vinū eorum t venenum aspidū insanabile. Nōne hec cōdita sūt apō me t signata in thesauris meis? Mea est vltio t ego retribuam eis in tpe: vt labat̄ pes eorum. Juxta est dies pditōis: t adesse festinā trpa Iudicabit dñs populum suum: t in seruis suis miserebitur. Uidebit q̄ infirmata sit manꝰ t clausi quoq̄ defecerunt: residuiq̄ cōsūpti sunt. Et dicent vbi sūt dij eorum: in quibus habebant fiduciam. Oc quorum victimis comedebant adipes: t bibebant vinū libaminum. Surgant t opitulent vobis: t in necessitate vos ptegant Uidete q̄ ego sum solus: t nō sit alius deus preter me. Ego occidam t ego viuere faciā: percutiam et ego sanabo: t nō est q̄ de mānu mea possit eruere Leuabo ad celū manū meā: t dicam viuo ego in eternum. Si acuero vt fulgur gladiū meū: t arripuerint iudiciū manꝰ mee. Reddam vltionē hostibus meis: t his qui oderūt me retribuam Inebriabo sagittas meas sāguine: t gladius meus deuorabit carnes meas De cruore occisorū: t de captiuitate nuda trinimicoz capitis. Laudate gentes populū eiꝰ: quia sanguinē seruoz suoz vlciscetur. Et vindictā retribuet in hostes eoz: t ppicius erit terre populi sui. Glia patri et filio: t spūisancto. Sicut erat i ꝓn. ān. Et in seruis suis dominus miserebitur. Ps. In cymbalis benesonantibus laudate dñm. ꝑs. Laudate dñm de celis. Capitulū. Vigilate et orate. t cetera. Hymnus.

Aurora iam spargit polo luz terris dies illabitur lucis resultat spiculum: discedat omne lubricum. Phantasma noctis decidat: mentis reatus subruat: quicquid tenebris horridum nox attulit culpe cadat. Ut mane illud vlti

mum: quod prestolamur cernui in luce nobis effluat: dum hoc cano:e cõcrepat. Deo patri. ytš. Per eatẽ. hy⁹ Ecce iã noctis. ℣. In matutinis. ã. In viã pacis dirige nos dñe. ℘s Benedictus. Preces ℟. vtã Oratiõ vt decet. Psalmus. cix.

Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Doñec ponã inimicos tuos: scabellũ pedũ tuoꝝ. Virgã virtutis tue emittet dñs ex syõ: dñare i medio inimicoꝝ tuoꝝ. Tecũ principiũ in die virtutis tue: in splẽdoribꝰ sanctoꝝ: ex vtero ante luciferũ genui te. Iurauit dominꝰ ⁊ no penitebit eũ: tu es sacerdos ineknũ: scõm ordinez melchisedech. Dñs a dextris tuis: confregit i die ire sue reges. Iudicabit in natiõibus iplebit ruinas: ꝓquassabit capita in tra multoꝝ. De torrẽte in via bibit: ꝓpterea exaltabit caput. Glia ãn. Sede a dextris meis dixit dñs domino

Confite bor ps.cx. meo. tibi dñe i toto corde meo: in cõsilio iustoꝝ ⁊ cõgregatione. Magna opa dñi: exquisita i õs volũtates eius. Cõfessio ⁊ magnificẽtia opus eiꝰ: ⁊ iusticia eiꝰ manet in seculũ seculi. Memoriã fecit mirabiliũ suorũ misericors ⁊ miserator dñs: escã dedit timẽtibꝰ se. Memor erit in scm testamẽti sui: virtutem opum suoꝝ ãnũciabit populo suo. Ut det illis hereditatẽ gentiũ: opa manuũ eiꝰ veritas ⁊ iudiciũ. Fidelia omia mãdata eiꝰ cõfirmata in scm seculi: facta in veritate ⁊ eqtate. Redẽptionẽ misit dñs populo suo: mãdauit ineknuz testamentũ suũ. Sanctũ ⁊ terribile nomẽ eiꝰ: initiũ sapientie timor dñi Intellectꝰ bonꝰ omnibꝰ faciẽtibꝰ eũ: laudatio eiꝰ manet in scm scli. Glia. Sñi. Fidelia oia mãdata eiꝰ cõfirmata in scm scm. ps.cxi.

Beatus vir q tiet dñm: in mãdatis eiꝰ volet nimis. Potẽs in terra erit semẽ eius ñatio rectoꝝ bñdicet. Glia ⁊ diuitie i domo eiꝰ: ⁊ iusticia eiꝰ manet in scm seculi Oritur in tenebris lumen rectis misericors ⁊ miserator ⁊ iustꝰ Iocũdus hõ q miseret ⁊ ꝓmodat dispõit sermões suos i iudicio: qz ineknũ nõ cõmouebitur. In meoria eterna erit iustus: ab auditõe mala nõ timebit. Paratũ cor eiꝰ sperare i dño cõfirmatũ est cor eiꝰ: non cõmouebit donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauꝑibus iusticia eiꝰ manet i seculũ scli: cornu eiꝰ exaltabitur in glia. Peccator videbit ⁊ irascet dẽtibꝰ suis fremet ⁊

tabescet: desiderium peccatorum peribit. Gloria. ān. In mandatis Dei⁹ volet nimis. ps. cxij. Laudate pueri dñm: laudate nomē dñi. Sit nomē dñi bñdictū: ex hoc nūc t vsq; in seculū. A solis ortu vsq; ad occasū: laudabile nomē dñi. Ex celsus sup oēs gētes dñs: t sup celos gloria ei⁹. Quis sicut dñs de⁹ nr̄ qui in altis hitat: humilia respicit in celo t in tra Suscitās a terra inopē: t de stercore erigēs pauperē. Ut collocet eū cū principib⁹: cuz pncipib⁹ pp̄li sui. Qui hitare facit sterilē in domo: matrē filiorū letantē. Gloria. ā. Sit nomē dñi bñdictū in scla. p. cxij In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta ē iudea sctificatio ei⁹: israel ptās ei⁹. Mare vidit t fugit: iordānis cōuersus est retrorsū. Montes exultauerūt vt arietes: t colles sicut agni ouiū. Quid ē tibi mare q̄ fugisti: t tu iordanis q̄a cōuersus es retrorsū. Montes exultastis sicut arietes: t colles sicut agni ouiū. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui cōuertit petrā in stagna aquar̄: t rupē in fōtes aquarū. Non nobis dñe nō nobis: sed noī tuo da gloriā. Sup mia tua t veritate tua: nequā do dicāt gētes vbi ē de⁹ eorum De⁹ aūt nr̄ in celo: ola quecūq; voluit fecit. Simulachra gētiū argentū t aurū: opa manuum hoīm. Os habent t nō loquētur: oculos hñt t nō videbūt. Aures hñt t nō audiēt: nares hñt t nō odorabūt. Manus hñt t nō palpabūt: pedes habēt t nō ambulabūt nō clamabūt in gutture suo. Similes illis fiāt qui faciūt ea: t oēs qui cōfidūt in eis. Dom⁹ isr̄l sperauit in dño: adiutor eorū t ptector eorū ē. Dom⁹ aaron spauit in dño: adiutor eor̄ et ptector eor̄ est. Qui timēt dominū spauerūt in dño: adiutor eor̄ t ptector eor̄ ē. Domin⁹ memor fuit nr̄i: t bñdix̄it nobis. Bñdixit domui isr̄l: bñdixit domui aarō. Bñdixit oībus q̄ timēt dñm: pusillis cū maioribus. Adjiciat dñs sup vos: super vos: t sup filios vr̄os. Bñdicti vos a dño: q̄ fecit celū z terrā. Celū celi dño: terrā aut dedit filijs hoīz. Non mortui laudabūt te dñe: neq; oēs qui descēdūt in infernū. Sed nos qui viuim⁹ bñdicim⁹ domino: ex hoc nūc t vsq; in seculū. Gloria. ān. Nos q̄ viuim⁹ benedicim⁹ domino.

Capitulū.

Dom⁹ aūt dirigat corda et corpa nostra in caritate dei t patiētia xp̄i. Deo g. hy⁹

Lucis creator optime: lucē diez q̄ profers: primordijs

lucis noue mūdi parās originem Qui mane iūctū vesperi die vocari ꝑcipis: tetrū chaos illabik: audi preces cū fletib⁹ Ne mēs granata crimie vite fit exul munere: dū nil penne cogitat: seseq; culpis illigat. Cloq; pulset intimuz: vitale tollat ꝑmiū: vitem⁹ oē noxiū: purgem⁹ oē pessimū. Qzā pf pissime. vrs. ℟. Dirigat dñe ad te ozō mea. ℟. Sicut incēsum in cōspectu tuo. ¶ Feria secunda ad vespas. ꝑs. cxuij.

DIlexi qm exaudiet dñs: vocē ozōnis mee. Quia inclinauit aurē suā michi: et i diebus meis inuocabo. Circūdederūt me dolozes mozti: et pericula inferni inuenerūt me Tribulationē et dolozē inueni: et nomē dñi inuocaui: O domine libera aiaz meā misericors dñs et iust⁹: et de⁹ nr miseretur Custodiēs pusilos dñs: humiliatus sū et liberauit me. Conuertere aīa mea in requiē tuā qz dñs bñfecit tibi. Quia eripuit aīam meā de morte oculos meos a lachzymis: pedes meos a lapsu. Placebo dño in regione viuoz. Añ. Inclinauit dñs aurē suā michi. ꝑs. cxv.

CRedidi propter qđ locutus sū: ego aūt humiliatus sū nimis. Ego dixi in excessu meo: omis hō mēdax. Quid retribuā dño: ꝓ oibus q̄ retribuit michi. Calicē salutaris accipiā: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddā cozā oi populo ei⁹: ꝑciosa in cōspectū dñi mozs sctōzū ei⁹. O dñe qz ego seruus tu⁹: ego seru⁹ tu⁹ et fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomē dñi inuocabo. Vota mea dño reddā i cōspectu oīs ꝑpli eius: in atriis dom⁹ dñi in medio tui hirlm. ān. Credidi ꝓpt qđ locut⁹ sū

LAudate dñm ꝑs. cxvi. oēs gentes: laudate eum oēs populi. Quōm cōfirmata ē sup nos mia eius: et veritas domini manet in eternū. Glia. ān Laudate dñm ōs gentes. ꝑs.

ADomiū cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera aīaz meā: a labiis iniqs et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat tibi ad linguā dolosa. Sagitte potētis acute: cum carbonib⁹ desolatoziis. Heu michi qz incolat⁹ me⁹ ꝓlongatus est habitaui cū hītantib⁹ cedar: multū incola fuit aīa mea. Cū his qui oderūt pacē eram pacificus: cū loquebar illis impugnabāt me gratis. ā. Clamaui et exaudiuit me. ꝑs.

LEuaui oculos meos cxx. os in mōtes: vnde veniet auxiliū michi. Auxiliū meum a dño: q̄ fecit celū et terraz.

Non det in cõmotionẽ pedẽ tuũ: neq; dormiteꝛ q̃ custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet q̃ custodit israel. Do min⁹ custodit te dñs ꝓtectio tua sup manũ dexteꝛã tuam. Per diẽ sol nõ vret te: neq; luna p noctẽ. Oñs custodit te ab oi malo: custodiat aiaz tuam dñs. Oñs custodiat introitu z tuũ z exitũ tuũ: ex hoc nũc z vsq; in seculũ. Glia. ãn Auxiliũ meũ a dño. Lap. Oñs aũt. ỹ

IN mẽse celi cõditoꝛ q̃ mi xta ne cõfunderẽt: aq̃ fluẽ ta diuidẽs: celũ dedisti limitẽ E irmãs locũ celestib⁹ simlq; terre riuulis vt vnda flãmas tẽperet terre solũ ne dissipẽt. Infũde nũc pijssime donũ p ennis gre: fraudis noue ne ca sib⁹ nos erroꝛ atteratvet⁹ Lu cẽ fides inueniat sic lumĩs in bar ferat: hec vana cũcta kre at: hãc falsa nulla cõprimant Ozesta pater pijssime. vtr̃. ỹ Dirigatur. Per estatẽ hym⁹ Lucis creator. ỹ. Dirigatur. ãn Magnificet te semper ani ma mea de⁹ meus. p̃s Magt Preces z ẽ vtr̃. ¶ Feria.iij.

LEtatus adv̄s. p̃s. cxxi. sum in his que dicta sũt mihi: in domũ dñi ibim⁹ Stãtes erant pedes nostri: i atriis tuis hierusalẽ. Hierusalẽ que edificat vt ciuitas: cuius ptici patio ei⁹ in idip̃z Illuc enim ascenderũt tribus tribus dñi testimoniũ israel ad cõfitendũ nomini dñi. Quia illic sedeꝛt sedes in iudicio: sedes super domũ dauid. Rogate que ad pacem sunt hierlm: z abũdan tia diligentib⁹ te. Fiat pax in virtute tua: z abũdãtia in tur rib⁹ tuis. Propter fratres me os z ꝓximos meos: loquebar pacẽ de te. Propter domum domini dei nostri: quesiui bo na tibi. Glia patri z filio z spi ritui sancto. Sicut erat in tẽ. Ãn. In domũ domini letan tes ibimus. Psalmus. cxxij

AD te leuaui oculos me os: q̃ habitas in celis Ec ce sicut oculi seruoꝝ in mani bus dñoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ancille i manibus dñe sue: ita oculi nri ad dñm deũ nrm do nec misereat nri Miserere nri dñe miserere nri: qz multũ reple ti sum⁹ despectione. Oz mul tũ repleta est aia nra: opꝓo briũ abũdãtib⁹ z despectio su pbis Glia. ãn. Qui habitas i celis miserere nobis. p̃. cxxiij.

NIsi qz dñs erat in nobis dicat nũc israel: nisi quia dñs erat i nobis Cũ exurgerẽt homines i nos: forte viuos deglu tissẽt nos. Cũ iraseceret furoꝛ eoꝝ in nos: forsitan aqua ab sorbuisset nos Torrẽtẽ ptran siuit aia nra forsitã ptrãsisset aia nra: aquã intolerabilem.

Bñdicat⁹ dñs q̄ nō dedit nos: i captione dētib⁹ eoꝝ. Ala nra sicut passer erepta est de laqo venātiū Laqus cōtrit⁹ ē: t nos liberati sum⁹. Adiutoriū nrz in noie dñi: q̄ fecit celū t terrā Glia. añ. Adiutoriū nrm i no

QUi (mine dñi. ps. cxxiij cōfidūt in dño sicut mōs syō: nō cōmouebit ieknū q̄ habitat i hirlm Mōtes in circuitu ei⁹: t dñs i circuitu populi sui: ex hoc nūc t vsq; i seculum Qz nō relinquet dñs virgā peccatoꝝ sup sortē iustoꝝ: vt non extēdāt iusti ad iiqtatē man⁹ suas Benefac dñe: bonis et rectis corde. Declinātes āt i obligatiōes adducet dñs cū operantib⁹ iiqtatē: pax sup israel. Glia. añ. Bñfac dñe bonis et

Irectis corde. ps. cxxv.

IN cōuertēdo dñs captiuitatē syon: facti sum⁹ sicut consolati Tūc repletū est gaudio os nrm: t lingua nra exultatōe Tunc dicēt iter gētes magnificauit dñs facere cuz eis. Magnificauit dñs facere nobiscū facti sumus letātes. Cōuertē dñe captiuitatē nraz: sicut torrens i austro Qui seminat i lachrymis: i exultatione metēt. Ibūtes ibāt t flebāt: mittētes semina sua Veniētes aūt veniēt cū exultatione: portantes manipulos suos. añ. Facti sumus sicut cōsolati. Cap. Dñs

TElluris (aūt dirl. hy⁹ ingēs cōditoꝝ mūdi solū qui crucis: pulsis aq̄ molestijs terrā dedisti īmobilē. Ut germē aptū, pferēs fuluis decora floribus fecūda fructu sisteret pastūq; gratū redderet Mentis quę vulnera nūda nitoꝝ gratia vt fctā fletu diluat: mot⁹q; p: auos atterat Iussis tuis obtēperet nullis malis appremer: bonis repleri gaudeat: t mortis actū nesciat Ofa pater. ℣. Dirigatur dñe Per estatē hy⁹. Lucis creator. ℣. Dirigat. añ. Exultauit spūs meus in deo salutari meo. ps. Mag. Feria iiij. ad vs. cxxvi.

NIsi dñs edificauerit domū: in vanū laborauerūt qui edificāt eā Nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam. Vanū ē vobis añ lucem surgere: surgite postq̄ sederitis q̄ māducatis panē doloris Cū dederit dilectis suis sōnuz ecce hereditas dñi: filij merces fruct⁹ ventris Sicut sagitte i manu potentis ita filij excussorū. Beat⁹ vir q̄ implenit desideriū suū ex ipis nō cōfūdetur cū loquet inimicis suis i porta. ñ. Btūs vir q̄ iplerit desiderium suū. ps. cxxvij

BEati oēs qui timēt dñm q̄ ambulāt in vijs ei⁹ Labores manuū tuaꝝ q: māducabis: beat⁹ es t bene tibi erit

Uxor tua sicut vitis abūdās in lateribꝰ domꝰ tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū: in circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicet hō: q timet dñm. Bñdicat tibi dñs ex syon et videas bōa hierusalē oibꝰ diebꝰ vite tue. Et videas filios filiorū tuorū: pacē sup israel. Glia. ān. Beati oēs q timēt dñm. ps. cxxvij

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc israel. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea: etenī non potuerūt michi. Sup dorsum meū fabricauerūt pctōres prolongauerūt iniqtatē suam. Dns iustus cōcidet ceruices pctōrū: cōfundant̄ et cōuertantur retrorsū oēs q oderūt syon. Fiant sicut fenū tectorū quod priusq̄ euellat exaruit: De q̄ nō implebit manū suā q metet: et sinū suū q manipulos colliget: Et nō dixerūt q̄ pteribāt benedictio dñi sup vos bñdicimus vobis in nole dñi. ān. Benedicimus vobis ī nomīe dñi.

De profundis ps. cxxix. clamaui ad te dñe: domine exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intēdētes: in vocē dep̄cationis mee. Si iniqtatis obſeruaueris dñe: dñe qs sustiebit. Quia apud te ꝓpiciatio ē: et propter legē tuā sustinui te domine. Sustinuit aīa mea in verbo eius: speauit aīa mea in domino a custodia matutina vsq̄ ad noctē: speret isrl̄ in dño. Quia apud dñm mīa et copiosa: apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oībus iniqtatibꝰ eius ān. De ꝓfundis clamaui ad te

Domine ps. cxxx. (dñe. Non est exaltatū cor meū: neq̄ elati sūt oculi mei. Neq̄ ambulaui ī magnis: neq̄ in mirabilibꝰ sup me. Si nō humiliter sentiebā: sed exaltaui aīam meā. Sicut ablactatꝰ est sup matre sua: ita retributio ī aīa mea. Speret isrl̄ in dño: ex hoc nūc et vsq̄ in sēcl̄. ān. Spe ret isrl̄ ī dño. cō. Dns aūt. ỹ.

Deli deus sertissime q̄ lucidū centrū poli: cādore pigris igneo augēs decoro luce. Quarto die q̄ flāmeā solis rotā cōstituēs: lune mīstrās ordini vagos recursus siderum Ut noctibꝰ vel lumini direptiōis terminū: ꝑmorsdijs et mēsiū signū daret notissimū. Illumīa cor hoīm absterge sordes mētiū: resolue culpe vinculū euerte moles criminū Qui pater. ỹ. Dirigat. ān. Respexisti humilitatē meā dñe deꝰ meus. ps. Mag. ¶ Fer. v. ad vs̃

Memēto dñe ps. cxxxi. dauid: et oīs māsuetudinis eiꝰ: Sicut iurauit domino: votū vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculū domꝰ mee si ascēdero in lectū stratī mei.

Si dedero ſōnū oculis meis t
palpebris meis dormitatiōez
Et requiē tēporib⁹ meis: do=
nec īueniā locū dño tabernā=
culū deo iacob Ecce audiui⁹
eā i effrata: īuenim⁹ eā i cāpis
ſilue Introibim⁹ i tabernacu
lū eius: adorabim⁹ i loco vbi
ſteterūt pedes ei⁹. Surge dñe
in requiē tuā: tu t archa ſcti=
cationis tue. Sacerdotes tui
induātur iusticiā: t ſci tui exſ
tent Propt dauid ſeruū tuū: nō
auertas faciē xp̄i tui Iurauit
dñs dauid ⁊ itatē t nō frustra=
bit eū: de fructu vētris tui po
nā ſup ſedem tuā. Si custodie
rint filij tui testamētū meū: tte=
ſtimonia mea hec q̄ docebo eos
Et filij eoz vſq; i ſcl̄z: ſedebūt
sup ſedē tuā. Qm elegit dñs
syō: elegit eā i habitationē ſ
bi. Hec requies mea i ſcl̄z ſcli: q
habitabo qm elegi eā. Viduam
am ei⁹ bñdicēs bñdicā: pauꝑ=
es ei⁹ saturabo panib⁹ Sacer
dotes ei⁹ īduā salutari: t ſcti
ei⁹ exultatōe exultabūt Illuc
p̄ducaz cornu dauid: parai in=
cernā xp̄o meo Inimicos ei⁹
īduā ꝑfusiōe: sup ipz aūt efflo
rebit scificatio mea. Glia. añ.
Et ois mānsuetudinis ei⁹. ps.

Ecce q̄ bonū t q̄ cxxxij.
locūdū: habitare ffes in
vnū. Sicut vnguētū i capite:
qđ descēdit i barbā barbā aa
ron Qđ descēdit i ora vestimē
ti ei⁹: sicut ros hermō q̄ descē
dit i mōtez syō Qm illic māda
uit dñs bñdictionē: t vitā vſq;
in scl̄m Glia. añ. Ecce q̄ bonū
et q̄ iocūdū. Nō of ad vō. iste

Ecce nūc bñdi ps. cxxxiij
cite dominū ōs serui dñi
qui statis i domo dñi: i atriis
dom⁹ dei nri In noctib⁹ extol
lite manꝰ vras i ſctā: t benedi
cite dñz Bñdicat te dñs ex syō
q̄ fecit celū t terrā. p. cxxxiij

Laudate nomē dñi: laudꝰ
serui dñm Qui statis in
domo dñi: i atriis dom⁹ di nri
Laudꝰ dñz q: bonꝰ dñs psallite
te noi ei⁹ qm suaue Qm iacob
elegit sibi dñs: israel i possessi
onē si bi Quia ego cognoui q̄
magn⁹ est dñs: t de⁹ nr̄ p oib⁹
dijs. Oia q̄cūq; voluit dñs fe=
cit i celo t i terra: i mari t i oi=
b⁹ abyssis Ducēs nubes ab
extremo tre: fulgura i pluuiā
fecit Qui ꝑducit vētos de the
sauris suis: q̄ percussit p̄mogeni
ta egypti: ab hoie vſq; ad pe=
cus Et misit signa t ꝓdigia i
medio tui egypte: i pharaonē
et in ōs seruos eius Qui percussit
gētes multas: t occidit reges
fortes Seō regē amorreoꝝ et
og regē basā t oia regna cha
naā. Et dedit terrā eoꝝ here=
ditatē: hereditatē israel ꝑpl̄o
suo Dñe nomē tuū ieternū: do
mine memoriale tuū i gñatōe
et gñationē Qz iudicabit dñs

pplm suũ: et seruis suis deprecabit Simulachra gentiũ argẽtũ et aurũ: opa manuũ hoiũ Os habẽt et nõ loquẽtur: oculos habẽt et nõ videbũt Aures habẽt et nõ audiẽt: neq; enĩ est spũs i ore ipoꝝ Similes illis fiant q̃ faciũt ea: et õs q̃ cõfidũt in eis Dom⁹ isrl bñdicite dño: dom⁹ aarõ bñdicite dño. Dom⁹ leui bñdicite dño: q̃ timetis dominũ bñdicite dño. Bñdict⁹ dñs ex syõ: q̃ habitat i hierlẽ. Gl̃a patri et filio et spiritui sancto añ. Sicut q̃ cũq; voluit dñs fecit

Confitemini ps.cxxxv. dño qm̃ bon⁹: qm̃ i sc̃m mia ei⁹ Cõfitemini deo deoꝝ. Cõfitemini dño dñoꝝ Qui facit mirabilia mag̃ solus Qui fecit celos i intellectu Qui firmauit terrã sup aq̃s Qui fecit luminaria magna Solẽ in potestatem diei Lunã et stellas in potestatem noctis Qui percussit egyptũ cũ primogenitis eoꝝ Qui eduxit isrl de medio eorũ In manu potẽti et brachio excelso Qui diuisit mare rubrũ i diuisiones. Et eduxit isrl p̃ mediũ ei⁹. Et excussit pharaonẽ et ꝟtutẽ ei⁹ in mari rubro. Qui traduxit pplm suũ p̃ desrtũ Qui percussit reges magnos. Et occidit reges fortes Seõ regẽ amorreorũ. Et og regẽ basã. Et dedit terrã eoꝝ hereditatẽ. Hereditatẽ isrl seruo suo. Qz i hũilitate nostra memor fuit nr̃i. Et redemit nos ab inimicis nostris Qui dat escã omni carni Confitemini deo celi. Confitemini dño dñoꝝ: q̃m in eternũ mia eius. ps.cxxxvi

Super flumia babylonis illic sedim⁹: et fleuim⁹ cũ recordaremur syon. In salicibus i medio eius: suspẽdim⁹ organa nr̃a. Quia illic i terra duxerũt nos: qui captiuos duxerũt nos verba cantionũ Et qui adduxerũt nos: hymnũ cãtate nobis de cãticis syõ. Quõ cantabim⁹ canticũ dñi: in tra alicna Si oblit⁹ fuero tui hierusalẽ: obliuioni det̃ dextera mea Adhereat lĩgua mea faucib⁹ meis: si nõ memĩero tui. Si nõ ꝓposuero tui hierlem: i ꝓncipio letitie mee Memor esto dñe filioꝝ edõ: in die hierlem. Qui dicũt exinanite exinanite: vsq; ad fũdam̃tũ i ea Filia babylonis misa: btũs q̃ retribuet tibi retributõez tuã: quã retribuisti nobis Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram Gl̃oria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in ꝓncipio et nunc et. Hymnũ cantate nobis de cãticis syõ. Cap. Dñs aũt dirigat

Magne de⁹ potẽtie hy⁹ qui ex aquis ortus gen⁹

parti remittis gurgiti partiz
leuas in aera ¶ Diuisa limphis
ignimens: subiecta celis irri-
gãs: vt surpevna pdita diuer
sa rapiãt loca. ¶ Largire cũctis
seruulis: quos mũdat vnda sã
guis: nescire lapsus criminũ:
nec ferre mortis tediũ ¶ Ut cul
pa nullũ depmat: nullũ leuet
iactantia: elisa mens ne conci
dat: elata mẽs ne corruat. ¶ Ze
sta pf. ℣. Dirigat ꝑ eretatẽ
hyꝰ Lucis creator. ℟ Diriga
tur dñe. ān Deposuit potẽtes
sãctos ꝓsequẽtes t exaltauit
humiles xp̃m confitentes. ꝓs
Mag. ꝓeces tẽ. vtũ. ¶ Fe
ria. vi. ad vespas. ꝑs. cxxxvij.

CONfitebor tibi dñe in toto
corde meo: qm̃ audisti ℣
ba oris mei. In cõspectu ãge
lorꝫ psallã tibi: adorabo ad tẽ
plũ sctm̃ tuũ: t cõfitebor nomi
ni tuo. Sup mia tua t verita
te tua: qm̃ magnificasti super
oẽ nomẽ sanctũ tuũ. In q̃cun
qꝫ die inuocauero te exaudi me
multiplicabis i aia mea virtu
tem. ¶ cõfiteant tibi dñe cs re
ges terre: qz audierũt oia ver
ba oris tui. ¶ t cantẽt in vijs
dñi: qm̃ magna est gla domi-
ni. ¶. m̃ excelsus dñs t humilia
respicit: t alta a lõge cognoscit.
Si ambulauero i medio tribu
latõis viuificabis me t sup irã
inimicorꝫ meorꝫ extẽdisti manũ
tuã: t saluum me fecit dextera
tua. ¶ ms retribuet ꝓ me dñe
mia tua in sctꝫ: opa manuũ tu
arũ ne despicias. Glia. ā. In
cõspectu angelorꝫ psallã tibi
Deus meus. ꝑs. cxxxviij
¶ Omie ꝓbasti me t cognoui
sti me: tu cognouisti sessionez
meã t resurrectõez meã. In-
tellexisti cogitatões meas de
longe: semitã meã t funiculm
meũ inuestigasti. Et tõs vias
meas ꝑuidisti: qz nõ est sermo
in lingua mea. ¶ Ecce dñe tu co
gnouisti oia nouissima t anti
qua tu formasti me t posuisti
sup me manũ tuã. Mirabil fa
cta ẽ scia tua ex me: ꝓfortata ẽ
t nõ potero ad eã. Quo ibo a
spũ tuo: t quo a facie tua fugi
am. Si ascẽdero in celũ tu il-
lic es: si descẽdero ad infernuz
ades Si sũpsero pẽnas meas
diluculo: t habitauero i extre-
mis màris. Etenim illuc man9
tua deducet me: t tenebit me
dextra tua Et dixi forsitã tene
bre cõculcabũt me: t nox illu i
natio mea i delitijs meis. Qz
tenebre nõ obscurabunt a te:
et nox sicut dies illuiabit sic
tenebre ei9. ita t lumẽ ei9 Qz
tu possedisti renes meos: su-
scepisti me de vtero mris mee
¶ cõfitebor tibi qz ꝛribilit ma
gnificat9 es: mirabilia opera
tua t aia mea cognoscz nimis
Nõ est occultatũ os meũ a te
qõ fecisti i occulto: t substãtia

mea ī iferioribꝰ terre Imp fectū mēū viderūt oculi tui et in libro tuo oēs scribent: dies formabunt ꝛ nemo in eis M ichi aūt nimis honorati sūt amici tui deꝰ: nimis cōfortatꝰ ē principatꝰ eoꝝ. O inumerabo eos et sup arenā multiplicabunt: exurrexi ꝛ adhuc sū ꝛ cū S i occideris deꝰ peccatores: viri sāguinū declinate a me Q ui dicitis in cogitatiōe: accipiēt ī vanitate ciuitates suas O ōne q oderūt te dñe oderā: ꝛ sup inimicos tuos tabescebā. P erfecto odio oderā illos: inimici facti sūt michi. P roba me deꝰ et scito coꝝ meū: inkroga me ꝛ cognosce semitas meas S ꝛ vide si via iiqtatis ī me est: ꝛ deduc me i via eterna. S lia pſ. aū. Dñe ꝓbasti me et cognouisti

E Ripe meꝰ. s. cxxxix. me dñe ab hoīe malo: a viro iniq̄ eripe me Q ui cogitauerūt iniqtates i coꝛde: tota die constituebāt ꝓlia. A cuerūt liguā suā sicut serpentes: venenum aspidū sub labijs eoꝝ. Q ustodi me dñe de manu pctōris: ab hoībꝰ iiquis eripe me Q ui cogitauerūt supplātare gressus meos: absc̄oderūt superbi laq̄ū michi. S ꝛ funes extenderūt i laq̄um iuxta iter scādalū posuerūt michi. D ixit dñs deus meꝰ es tu: exaudi dñe vocē deprecationis mee O ne dñe ꝝtus sanctificꝰ mee: obūbrasti sup caput meū in die belli O ō tradas me domie a desiderio meo pctōris cogitauerunt ꝯ me ne derelinquas me ne forte exaltent Q aput circuitꝰ eoꝝ: labor labioꝝ ipsorū operiet eos Q adēt sup eos carbones: ī igne deijcies eos: in miserijs nō subsistent. V ir liguosus nō dirigēt ī terra: virū iniustū mala capiēt ī interitu Q ognoui qꝛ faciet dñs iudiciū inopis: ꝛ vindictā pauperū Q erūtamē iusti cōfitebūtur nomini tuo: ꝛ habitabūt recti cū vultu tuo. S lia aū. A viro

O iniq̄ libera me dñe. ꝑs. xl D omie clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cū clamauero ad te D irigat orō mea sicut incēsū ī ꝓspectu tuo elevatio manuū meaꝝ sacrificiū vespertinū. P one dñe custodiam ori meo: ꝛ hostiū circumstātie labijs meis O ō declines cor meū in ꝝbā malicie: ad excusandas excusatiōes i peccatis. C ū hoībus operantibꝰ iiqtatē et: nō cōmunicabo cū electis eorū Q orripiet me iustus i misericordia ꝛ increpabit me: oleū aūt pctōris nō impinguet caput meū. Q m adhuc ꝛ oratio mea in bñplacitis eoꝝ absorpti sūt iūcti petre iudices eoꝝ A udient ꝝba mea qm̄ potuerūt: sicut crassitudo terre: erupta est sup terrā. D issipata sūt ossa

nfa secus ifernū: qz ad te dñe
dñe oculi mei ī te ſperaui non
auferas aīaz meā Cuſtodi me
a laqo quē ſtatuerūt michi: et
ab ſcādalis opantiū iqtatem
Cadēt ī rectaculo eī⁹ petōres
ſingularit ſū ego donec tranſe
ſeō Glia. añ Dñe clamaui ad
te: et exaudi me ps. xli.

VOce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm de
ꝑcatus ſūo Effūdo in cōſpectu
eī⁹ oꝛōnē meā: t tribulationez
meā añ ipm ꝓnūcio In deficiendo ex me ſpīm meū: t tu cognouiſti ſemitas meas In via hac
qua ābulabā: abſcōderūt laqueum michi Cōſiderabā ad dexterā t videbā: t nō erat q̄ cogn
ſceret me. Perijt fuga a me: t
nō eſt q̄ reqrat aīam meā Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes
mea portio mea ī terra viuētium Intēde ad deꝑcationē meam: qz humiliat⁹ ſū nimis Libera me a ꝑſequētib⁹ me: qz
cōfortati ſūt ſup me. Educ de
cuſtodia aīam meā ad cōfitēdū noī tuo: me expectant iuſti
donec retribuas michi. Glia.
añ Portio mea dñe ſit in tra viuētiū. Cap. Dñs āt dirigat

PSalmator hoīs hymn⁹ de⁹ q̄ cūcta ſol⁹ ordinās
humū iubes ꝓducere reptātl:
et fere gen⁹ Qui magna rerū
corpa dicru iubētis viuida: vt
ſeruiāt p ordinē ſubdēs dedi-
ſti homini, Repelle a fuis tuis: dcqd p imūdiciā: aut moribus ſe ſuggerit aut actib⁹ ſe t
terſerit Da gaudioz ꝑmis da
gratiaz munera: diſſolue litis
vincula aſtrige pacis federa.
Pfa pf pyſſime. ℣. Dirigat.
Per eſtatē hym⁹ Lucis creator. ℣. Dirigat. añ. Suſcepit
deus iſrael puerū ſuū ſicut locut⁹ eſt abzahā t ſemini ei⁹ et
exaltauit humiles vſq; in ſcl̄z
ps. Magt. Preces t cetera vt⁹
in ij. feria ad matu. Nō dr ad

DOmine vō. iſte ꝑs. xlij.
exaudi oꝛōnē meā auribus ꝓcipe obſecrationē meā:
in ℣itate tua exaudi me ī tua
iuſticia Et nō intres ī iudiciū
cū ſeruo tuo: qz nō iuſtificabit
in cōſpectu tuo oīs viuēs. Qz
ꝑſecut⁹ eſt inimic⁹ aīaz meā: humiliauit ī terra vitā meā. Collocauit me ī obſcuris ſīc mortuos ſeculi t anxiatus eſt ſup
me ſpūs me⁹: ī me turbatū eſt
coz meū Memor fui diez antiquoz meditat⁹ ſū ī oībus opibus tuis: ī factis manuū tuaz
meditabar. Et xpādi manus
meas ad te aīa mea: ſicut tra
ſine aq̄ tibi Velociter exaudi
me dñe: defecit ſpūs me⁹. Nō
auertas faciē tuā a me: t ſimilis ero deſcēdēt⁹ ī lacū. Auditā fac michi mane miſericordiaz tuā
qz in te ſpaui. Notā fac michi
viaz in q̄ ābulē: qz ad te leuaui

am meā Eripe me de īmicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā: qz deus meus es tu Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā: ppter nomē tuū dñe vivificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: et in misericordia tua disperdes ōs inimicos meos Et perdes ōs q tribulāt aīam meam: quoniā ego seruus tuus sum Ego. ¶ Sabbato ad vesperas

Benedictus ps. cxliij. dominus deus meus q docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellū Misericordia mea et refugium meum: susceptor meus et liberator meus Protector meus et in ipso speraui: q subdit populū meum sub me Domine quid est homo q innotuisti ei: aut filius hominis q reputas eum. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pterevnt. Domine inclina celos tuos et descende tange montes et fumigabūt Fulgura coruscationē et dissipabis eos Emitte manum tuam de alto eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum Quorum os locutum est vanitatē: et dextera eorum dextera iniquitatis Quorum filij sicut novelle plantationes in iuuentute sua Filie eorum compositе: circumornatе vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fetosę abundantes in gressibus suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie neq transitus neq clamor: in plateis eorum Beatum dixerūt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dñs deus eius. Gloria. ā Benedictus dñs deus meus. ps. cxliij.

Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculū et in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomē tuū in seculū et in seculū seculi. Magnus dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nō est finis Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentias tuas pnūciabunt. Magnificentiā glorie sanctitatis tue loquētur: et mirabilia tua narrabūt. Et virtutem terribiliū tuorū dicēt: et magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iusticia tua exultabūt. Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors Suauis dñs vniuersis et miserationes eius super oīa opera eius.

Confiteant tibi dñe oīa opa
tua: t sancti tui bñdicāt tibi.
Gloriā regni tui dicēt: t potē
tiā tuā loquētur. Ut notā fa
ciant filijs hoim potētiā tuā:
t gloriam magnificētie regni
tui. Regnū tuū regnū oīm se
culoꝝ: t dñatio tua i oi gnati
one t gnatiōe. Fidelis dñs in
oib⁹ verbis suis: t sanct⁹ i om
nib⁹ opib⁹ suis. Hleuat dñs
ōs qui corruūt: t erigit ōs ely
sos Oculi oīm in te sperāt do
mie: t tu das escam illoꝝ i tpe
opportuno. Hpis tu manū tuā
t ples oē aīal bñdictōe Iust⁹
dñs in oib⁹ vijs suis: t sanct⁹
in oib⁹ opib⁹ suis Prope ē do
min⁹ oībus inuocātib⁹ eū: oī-
bus inuocātib⁹ eū in veritate.
Uolūtatē timentiū se faciet t
deprcationem eoꝝ exaudiet: t
saluos faciet eos Custodit do
min⁹ oēs diligētes se: t ōs pec
catores dispdet. Laudatōem
dñi loquet os meū t bñdicat
oīs caro noī sctō ei⁹: in sclm t
in sclm seculi. Glia. ām. Jnet
nū t in seculū seculi. ps. cxlv.

LAuda aīa mea dñm: lau
dabo dñm i vita mea: psal
lā deo meo q̄diu fuero. Noli
te confidere in pncipibus: in
filijs hoim in qbus nō est sal⁹
Exibit spūs ei⁹ t reuertet in
terrā suā: i illa die peribūt ōs
cogitationes eoꝝ Beat⁹ cui⁹
deus iacob adiutor ei⁹: spes ei⁹
in dño deo ipius qui fecit celū
et terrā mare t oīa q̄ in eis sūt
Qui custodit veritatē in sclm fa
cit iudiciū iniuriā patiētibus:
dat escā esurientib⁹ Dñs soluit
cōpeditos: dñs illuminat ce
cos Dñs erigit elisos: dñs dili
git iustos Dñs custodit adue
nas pupillū t viduā suscipiet
et vias pcōꝝ dispdet Regna
bit dñs i scla de⁹ tu⁹ syon: i ge
neratione t gnationē. Glōria
ptī. Laudabo deū meū in vita

LAudate ps. cxlvi. mea.
dñm qm bon⁹ ē psalm⁹
deo nro sit iocunda decoraq
laudatio Edificās hierlm dñs
dispsiōes israelis cōgregabit
Qui sanat cōtritos corde: t al
ligat cōtritiones eoꝝ Qui nu
merat multitudinē stellaꝝ: et
oībus eis noīa vocat Magn⁹
dñs nr t magna virtus ei⁹: t sa
pientie ei⁹ nō est nūerus. Susci
piens māsuetos dñs: humiliās
aūt pcōres vsq; ad terrā. Pre
cinite dño i cōfessione: psalli-
te deo nro in cythara Qui ope
rit celū nubib⁹: t parat terre
pluuiā Qui pducit in mōtib⁹
fenū: t herbā seruituti hoim.
Qui dat iumētis escā ipoꝝ:
et pullis corui⁹ inuocātibus
eū Nō in fortitudīe eq̄ volūta
tez habebit: nec i tibijs viri be
placitū erit ei Bnplacitū ē do
mio sī timētes eū: t i eis q̄ spe
rāt sup mia eius. Glia. ā Deo

nfo loc̃da sit laudatio⁹ ps.

LAuda hierl̃ dñz cxlvij
lauda deũ tuũ syõ. Qm̃
cõfortauit seras portaz tuaz
bñdixit filijs tuis i te. Qui po
suit fines tuos pacez: t adipe
frumẽti satiat te. Qui emittit
eloquz suũ terre: velociter cur
rit sermo ei⁹. Qui dat niuẽ sic̃
lanã: nebulã sicut cinerem sp
git. Mittit crisallũ suã sic̃ buc
cellas: añ faciẽ frigoris ei⁹ qs
sustiebit. Et mittet ẏbũ suũ t li
quefaciet ea: flabit spũs eius t
fluent aq̃ Qui ãnũciat ẏbũ su
uz iacob: iusticias t iudicia sua
israel. Nõ fecit taliter oi natio
ni: t iudicia sua nõ manifesta
uit eis. Glia. añ. Lauda hierl̃

BEnedict⁹ Cap̃. dominũ
de⁹ et pf̃ dñi nr̃i iesu x̃pi
pater miax t de⁹ totius cõso
lationis: q̃ cõsolatur nos in oi
tribulatione nr̃a. ℟. Deo gf̃.
Noc cap̃. dc̃ i oĩb⁹ sabbis ad
vs̃. a Dñe ne i ira. vsq̃ ad xl.
et a Deus oim vsq̃ ad aduẽ.
dñm q̃ de dñica agit. Sequẽs
hy⁹. dc̃ i sabbis ad vẽ. a De⁹
oim. vsq̃ ad aduẽtũ q̃ de do.

OLux beata (agit. hym⁹
trinitas: t pricipalis vni
tas: tã sol recedit igne⁹ ifũde
lumẽ cordibus Te mane lau
dũ carmie: te deꝑcemur vesp
te nr̃a supplex glia: per cũcta
laudet secula. Deo pf̃ sit. vtẽ
℣. Desyrtina oro ascẽdat ad te
dñe. ℟. Et descendat sup nos
mia tua. Et vf̃ añ. vt decet. ps

MAgnificat aia mea dñm
Et exultauit spũs me⁹
i deo salutari meo Q. t respexit
hũlitatẽ ancille sue ecce ei ex
h⁹ beatã me dicẽt oes gnatões
Quia fecit michi magna qui
potẽs ẽ: t scñ nomẽ ei⁹ Et mi
sericordia ei⁹ a pgenie i pgeni
es: timẽtib⁹ eũ. Fecit potẽtiã
in brachio suo: dissp̃sit sup bos
mẽte cordis sui. Deposuit po
tẽtes de sede: t exaltauit hũ
les Et suriẽtes ipleuit bonis: t
diuites dimisit ianes. Suscep
pit israel puerũ suũ: recordat⁹
mie sue Sicut locut⁹ est ad pa
tres nr̃os: abrahã t semini ei⁹
in scla Glia. Ad cõpletoriũ. dc̃
pf̃ nr̃. t Aue maria. Incipit
sacerdos. Cõuerte nos de⁹ sa
lutaris nr̃. ℟. Et auerte tram
tuã a nobis. Deus i adiutoriũ

QUz inuocarẽ exaudiuit m̃
deus iusticie mee: i tribulatõe
dilatasti michi. Miserere mei:
et exaudi oronẽ meã. Filij ho
minũ vsq̃q̃ graui corde: vt qd
diligitis vanitatẽ t q̃ritis mẽ
datiũ. Et scitote q̃m̃ mirifica
uit dñs scm̃ suũ: dñs exaudiet
me cũ clamauero ad eũ Irasci
mini t nolite peccare q̃ dicitis
in cordib⁹ vr̃is: t i cubilib⁹ ve
str̃is cõpũgimini. Sacrificate
sacrificiuz iusticie t sperate in

dño: multi dicũt ꝙs ostẽdit no
bis bona. ℣ ignatũ ẽ sup nos
lumẽ vultus tui dñe: de⁹ dedi
sti leticiã in corde meo. ℟ fru
ctu frumẽti vini ⁊ olei sui: mlt=
tiplicati sũt. ℣ in pace in idipz
dormiã ⁊ requescã. ℣ ñ tu dñe
singulariť i spe: cõstituisti me
℣ loria patri et filio ⁊ spũi. s

IN te dñe spaui nõ cõfun=
dar ĩeternũ in iustícia tua
libera me. ℣ nclia ad me aurẽ
tuã: accelera vt eruas me. ℟ sto
michi i deũ ꝓtectorẽ: ⁊ i domũ
refugij vt saluũ me facias. ℣ ñ
fortitudo mea ⁊ refugiũ meuz
es tu: ⁊ ꝓpť nom tuũ deduces
me ⁊ enutries me. ℟ duces me
de laqo quẽ absçõderũt michi
qñ tu es ꝓtector me⁹. ℣ in ma
nus tuas cõmẽdo spm meum
redemisti me dñe de⁹ vitatis

QUi habitat ℣ loriaꝑs
in adiutorio altissimi: in
ꝓtectione dei celi cõmorabit
D icet dño susceptor me⁹ es tu
⁊ refugiũ meũ de⁹ me⁹ spabo i
eũ. ℣ ñ ipe liberauit me de la
qovenãtiũ: ⁊ a vbo aspo. ℣ sca
pulť suis obũbrabit tibi: ⁊ sub
pẽnis ei⁹ sperabis. ℟ cuto cir
cũdabit te vitas eius: nõ time
bis a timore nocturno. ℟ sagit
ta volãte i die a negocio pam
bulãte in tenebris: ab icursu ⁊
demonio meridiano. ℣ adẽt
a latere tuo mille: ⁊ decẽ milia
a dextris tuis: ad te aũt nõ ap
propiquabit. ℣ erũtñ oculis
tuis cõsiderabis: ⁊ retributio
nẽ pctõrũ videbis. ℣ ñ tu es
dñe spes mea: altissimũ posu
isti refugiũ tuũ. ℣ on accedet
ad te malũ: ⁊ flagellũ nõ ap,p
pinqbit tabernaculo tuo. ℣ ñ
angelis suis mãdauit de te vt
custodiãt te i oibus vijs tuis.
℟ in maib⁹ portabũt te: ne for
te offẽdas ad lapidẽ pedẽ tu
um. ℟ up aspidẽ ⁊ basiliscũ ãbu
labis: ⁊ ꝓculcabis leonẽ ⁊ dra
chonẽ. ℣ ñ i me spauit libera
bo eũ: ꝓtegã eũ qñ cognouit
nomẽ meũ. ℣ lamauit ad me ⁊
ego exaudiã eũ: cũ ipo sũ i tri
bulatione: eripiã eũ ⁊ glorifi=
cabo eũ. ℟ õgitudie dierum re
plebo eũ: ostẽdã illi salutare

ECce nũc (meũ ℣ lia ꝑs.
benedicite dñm: oẽs serui
dñi. ℣ ui statis i domo dñi: ĩ a=
trijs dom⁹ dei nri. ℟ in noctib⁹
extollite man⁹ vras in scta: et
benedicite dñm. ℟ enedicat te
dñs ex syõ: qui fecit celũ ⁊ trã.
℣ lia añ. Miserere michi dñe
et exaudi orõnẽ meã. Nec pre
dicta añ. dñ sup hos psal. per
totũ aducťũ. Et a crastino oct
ephie vsq ad. xl. Et adñica in
passione vsq ad cenã dñi: ⁊ a
crastino scẽ trinitatis vsq ad
aducťũ dñi: nisi cũ aliť notať

TU in (i locis suis. Laꝑ.
nobis es dñe: ⁊ nomẽ sã=
ctũ tuũ iuocatũ est sup nos: ne

derelinq̄s nos dñe de⁹ nr̄. Oc
cāp. dr̄ ad cōpleto. ꝑ totū ānū
nisi a cena dñi vsq; ad oc. pas.

TErrarum creator poscim⁹
vt solita clemētia sis ꝓtul ad
custodiā. Q. rocul recedāt som
nia t noctiū fātasmata: hostē
q; nr̄m cōprime ne polluātur
corpa. Q. resta pater oīps ꝑ
iesū xp̄m dñm q; tecū ip̄petuū
regnat cū sctō spiritu. Amen
℣. Custodi nos dñe. ℟. Ut pupil
lam oculi subvmbra alaꝝ tua

NUnc (rū ꝓtege nos ꝓs.
dimittis seruū tuū dñe:
fm x̄bū tuū in pace. Q. t vide
rūt oculi mei salutare tuū. Q. ꝙ
parasti rañ faciē oīm populoꝝ
Lumē ad reuelatiōnē gētiū:
et gloriam plebis tue israel.
Glia añ. Salua nos dñe vigi
lātes custodi nos dormientes
vt vigilemus in xp̄o t requiescā
m⁹ in pace. Kyriel. ter. Xp̄e el.
ter. Kyriel. ter. Pat nr̄. Aue
maria. ℣. t ne nos. Sed libera
℟. In pace in idip̄m. Dormiā et
requiescā. Credo. Q. arnis resur
rectionē. Et vitā eternā amen
Confitcam⁹ pfem t filiū cū scō
spū. Laudem⁹ t superexaltem⁹
eū in scla. Benedicam⁹ dñe i fir
mamēto celi. Et laudabilis t
glorios⁹ i scla. Benedicat t custo
diat nos oīps et misericors dñs.
Amen. Cōfiteor. ℣. Ad lon
gum. Cōfiteor deo bt̄e marie
oīb⁹ sanctis. Et vobis: peccaui
nimis cogitatione locutiōe et
ope mea culpa. Precor sctām
mariā oēs scōs dei. Et vos ora
re ꝓ me. Misereatur vr̄i oīps
deus et dimittat vobis oīa pec
cata vra liberet vos ab oī ma-
lo cōseruet t cōfirmet in bono
et ad vitā ꝙducat eternā. ℟. Ab
solutionē t remissionē oīz pec
catoꝝ vroꝝ spaciū verā pen
tētie: emēdationē vite: gr̄am
et cōsolationē sc̄i spūs tribuat
vobis oīps t misericors dñs. Amē
Q. Et tu cōuersus vivificabis nos
Et plebs tua letabit i te. Q. Ostē
de nobis dñe miam tuā. Et sa
tare tuū da nobis. Q. Oīgre dñe
nocte ista. Sine pcō nos cust.
Q. Ifere nr̄i dñe. Misere nr̄i.
℟. Fiat mia tua. Q. Sūt admodū.
Q. Ñe de⁹ x̄ tutū cōuertens nos. Et
oñde faciē tuā t salui erimus
Q. Ñe exau. Et cla. Q. ñs vobis.
Et cū. Orem⁹. Preces ꝑcium ꝑdctē
dicant supradicto mō ꝙ totus
ānū adꝙple. tā i se. du. ꝙ sl m.
etiā si nere. chori. nisi vbi aliter notat i locis suis. Et a Dñe
ne i ira. vsq; ad cenā do. tā De
us oīz vsq; ad aduē. dñi qñ de
fec. agit. Postx Fiat mia tē
statī sequitur. Exaudi dñe vocē
meā q̄ clamaui ad te. Misere
mei t exaudi me. Sequit ps.
Miserere mei de⁹ fm magnā
totus psalmus dicitur cū Glo
ria patri. et cum Sicut erat.

Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomẽ tuum. Dñe de⁹ virtutũ cõuerte nos. Et ostẽde faciẽ tuã & salui erim⁹. Dñe exaudi orõnẽ meã. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscũ Et cum spũ tuo.

Illumina ꝙs Oremus. dñe deus noster tenebras nras: & totius noctis insidias tu a nobis repelle ꝓpicius. Per dñm nm ihesũ xp̃m filiũ tuũ: qui tecũ viuit & regnat in vnitate spũsancti de⁹: p oĩa secula seculor amẽ. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Benedicam⁹ dño. Deo gratias. ¶ Omni die p annũ post cõpletoriũ de die et post matut. de die: & de sancta maria: ꝑterq̃ in duplicib⁹ fest. & per oct. assumptõis: natiuitatis: & visitatiõis btẽ marie. et dedicatõis eccle: & die aiarum. & in vigil. natiuita. dñi. & adhucvsq; ad inceptionẽ hystorie Dñe ne in ira Et a q̃rta feria ante pascha vsq; ad inceptionẽ hystorie Deus oim dñe ꝓ pace eccle iste psalmus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruor: i manibus dñor suor. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue ita oculi nri ad dñm deũ nrm: donec misereat nri. Miserere nri dñe miserere nri: qr multũ repleti sum⁹ despectione. Quia multũ repleta ẽ aĩa nostra op probriũ abũdantib⁹ & despectio superbis. Glia patri. Finito psalmo sequitur. Kyrie Xp̃e eleyson. Kyrie. Pat nr Et ne nos. Sed libera. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. Domine de⁹ virtutũ cõuerte nos. Et ostẽde faciẽ tuã & salui erimus. Dñe exaudi. Et cla. Dñs vo. Et cũ spũ tuo. Oremus. Ecclesie tue dñe ꝓces placatus admitte: vt destructis aduersitatib⁹ & errorib⁹ vniuersis secura tibi seruiat libertate: & pacẽ tuã nris cõcede tẽpibus. Per xp̃m dñm nrm amen.

¶ Sequũtur septẽ ps̃i ꝓnitentiales ps̃. Dñe ne in furore. ps̃. Beati quor. ps̃. Dñe ne in furore. ps̃. Miserere mei de⁹ vm. ps̃. Dñe exaudi. ps̃. De ꝓfundis. ps̃ Domine exaudi. vi. q̃re hos ps̃os in psalterio. ãn. Ne remiscaris dñe delicta nra vel parentum nror neq; vindictã sumas de peccatis nris. Nõ dicit vlteri⁹ qñ dicit in choro Parce dñe parce populo tuo quẽ redemisti pciosso sanguine tuo ne in eternũ irascaris nobis. & ne des hereditatẽ tuã in perditionẽ ne in eternũ obliuiscaris nobis.

¶ Notandũ est q̃ omnib⁹ ferialibus die p totã. xl. dicit letania: sicut in secũda feria vsq; ad ordinẽ martyrũ. et Propicius esto.

vsq; ad finē. Et quicqd sacerdos dicit de letania: chor⁹ idē repetat plene ⁊ integre vsq; ad plationē. Ut pacē nobis dōes tūc rīdeat chor⁹ Te rogam⁹ audi nos. cīm. et sic de singul⁹ vsq; ad Fili dei: te rogam⁹ audi nos. tūc rādeat chor⁹ inde: ⁊ sic de singulis vsq; ad Kyrieel. Xpe eel. Kyrieel. Fer. ij. Ietsa Kyrieel. Christe eel. Christe audi nos. Pat de ceel de⁹ Miserere nobis Fili redēptor mūdi de⁹. Miserere nobis Spūs sancte de⁹ miserere nobis Sancta trinitas vn⁹ deus miserere nobis.

Sancta maria ora pro nobis
Sācta dei genitrix or
Sācta virgo virginū or
Sācte michael or
Sācte gabriel or
Sācte raphael. or
Omnes sancti angeli ⁊ archāgeli. Orate.
Omnes sancti beator⁹ spiritum ordines Orate
Sctē iohēs baptista. or
Omnes sancti patriarche ⁊ phete Orate.
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iohannes or
Sancte iacobe or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte iacobe or
Sancte mathee or
Sancte bartholomee or
Sancte simon or
Sancte thadee or
Sancte māthia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Oēs scti apli ⁊ euāgeliste. or
Omnes sancti discipuli domini ⁊ innocētes. Orate.

Hucusq; dicitur in singulis letanijs. Feria secunda in. xl.

Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte prime or
Sancte feliciane or
Sācte dyonisi cū socijs t. or.
Sctē victor cū socijs tuis. or.
Oēs scti martyres Orate
Sancte silvester or
Sancte leo or
Sancte hieronyme or
Sancte augustine or
Sancte ysidore or
Sancte iuliane or
Sancte gildarde or
Sancte medarde or
Sancte albine or
Sancte eusebi or
Sancte svvithune or
Sancte birine or

Oēs sancti cōfessores orate:
Oēs sci mōachi t hēmite or.
Sēctā mariamagdalene or
Sēctā maria egyptiaca or
Sēctā margareta or
Sēctā scolastica or
Sēctā petronilla or
Sēctā genouefa. or
Sēctā praxedis or
Sēctā sotheris or
Sēctā prisca or
Sēctā tecla or
Sēctā affra or
Sēctā editha or
Oēs sctē virgines orate.
Omnes sancti Orate
℣ propicius esto ℟ parce no. dñe
℣ b oī malo ℟ libera nos dñe.
℣ b insidijs diaboli. ℟ dā
℣ natōe perpetua. ℟ ℣ b imi-
nētib⁹ petrōr nostror picul'. ℟.
℣ b infestatōib⁹ demonū. ℟
℣ spū fornicatōis. ℟ ℣ b ap-
petitu inanis glie. ℟ ℣ b oīm
imūdicia mēti t corpis. ℟ ℣ b
ira t odio t oī mala volūtate.
℟ ℣ b imūdis cogitatōib⁹ ℟
℣ cecitate cordis. ℟ ℣ fulgu
re t tēpestate. ℟ ℣ subitanea
t improuisa morte. ℟ ℣ er my
sterijs sctē incarnatōis tue. ℟
℣ er natiuitatē tuā. ℟ ℣ er sūm
ctā circūcisionē tuā. ℟ ℣ er ba
ptismū tuū. ℟ ℣ er iciunij tu
um. ℟ ℣ er crucē t passionem
tuā. ℟ ℣ er pretiosam mortez
tuā. ℟ ℣ er gliosam resurrecti
onē tuā. ℟ ℣ er admirabilem
ascensionē tuā. ℟ ℣ er grām
sancti spūs paracliti. ℟ ℣ in ho
ra mortis succurre nobis dñe
℣ in die iudicij. ℟ ℣ ctōres: Te
rogam⁹ audi nos. ℟ ℣ t pacem
nobis dones. te. ℟ ℣ t mia t pie
Beat⁹ laurentī⁹ ponebat man⁹ sup oculos cecoꝝ t illuminabat. qs vidēs hypolit⁹ dixit. Unde michi thesauros ecclesie. Cui laurentī⁹ ait. O hypolite si crediderisi xp̄o t thesauros tibi osidet vitā eternā pmitto. Credidit q hypolit⁹ et cū familia sua baptizat⁹ est. ℣. Quo pgrederis sine filio p̄ q sacerdos sctē sine diacono pperas Tu nūq̄ sine ministro sacrificiū offerre cōsueueras. ℟. Quid i me displicuit paternitati tue nunqd degenerē me

phasti experire certe vtrū ido
neū ministrū elegeris cui ꝓmi
sisti dñici corpis ꝛ sanguis ꝓse

Oratione. Lectio tertia.

Altera die fecit valerian⁹
hypolitū pītare sibi laurētiū
et ait illi. Depone ꝑtinaciā: et
thesauros ecclesie manifesta.
Beat⁹ laurēti⁹ dixit Da mihi
inducias biduo vl triduo: ꝛ ꝓ
ferā tibi thesauros Valerian⁹
dixit ad hypolitū. In tua pol
licitatiōe habeat triduo indu
cias. Tu autem domine misē
rere. ℟. Noli me derelinq̄re
pat scē qz thesauros tuos iam
expēdi: nō ego te desero fili ne
q; derelinq̄. Sed maiora tibi
debētur ꝓ fide xp̄i certamia. ℣
Nos q̄si senes leuiozis pugne
cursū recepim⁹: te q̄si iuuenez
magnū gliosioz de tyrāno tri
umph⁹ expectat p⁹ triduū me
seq̄ris sacerdotē leuita. Sed.
Alia. Sed. Ju. ū. noc. ān. Bea
t⁹ laurēti⁹ orabat dicēs: dñe ie
su xp̄e de⁹ de celo miserere mei
seruo tuo. ℣ Lū iuo. ℟ Quia
accusat⁹ nō negaui nomē scīi
tuū interrogat⁹ te xp̄m cōfessus
sū. ā. Beat⁹ laurēti⁹ dixit: mea
nox obscurū nō hz sed oia l lu
ce clarescūt. ℣ Verba mea. ℟
Quia ipe dñs nouit qz accusa
t⁹ nō negaui. ān. Dixit romā⁹
ad beatū laurētiū. video aīa te
iuuenē pulcerrimū festina me
baptizare. ℣ Dñe dñs nr. ℟
Asserens aūt vrceū cū aqua mi
sit se ad pedes eius. ℟ Posui
sti domine. Lectio qrta.

Hunc beat⁹ laurēti⁹ colle
git cecos ꝛ claudos: debiles et
pauperes: ꝛ abscōdit eos i domo
hypoliti. Elapsis vero tribus
dieb⁹ beat⁹ laurēti⁹ pītauit se
decio cū multitudine collecta
dicēs. Ysti sūt thesauri eterni:
qui nunq̄ minuūtur. Tu autē
domine miserere no. ℟. Beā
tus laurēti⁹ clamauit ꝛ dixit:
deū meū colo et illi soli seruio.
Et tō nō timeo tormēta tua.
Mea nox obscuruz non habz
sed omnia l luce clarescūt. Et

Ideo nō. Lectio quinta.

Decius igit furore plen⁹
iussit eū expoliari et scorpioni
bus cedi: ꝛ laminis ferreis ar
dētib⁹ latera ei⁹ aduri: ꝛ extem
sū in catasta plūbatis mactari
Sed sctūs martyr diuina gra
inflexibilis manebat: letus q;
gras agebat. Tu autem domi
ne, miserere. ℟. Strinxerunt
corpis mēbra posita i craticu
la Subiciētib⁹ pznas i sultat
leuita christi btē laurēti mar
tyr christi intercede pro nobis
xp̄m. Carnifices vero vrgentes
ministrabāt carbones subter
cratem ferream. Subiciēti
bus pznas. Lectio septima.

Post oia tormēto; gra pa
rata iussit deci⁹ lectū fer
reū afferri i modum craticule:

ꝛ beatū laurentiū ligari manibus ꝛ pedib⁹ expoliatū super illū extendi. Qui ait. Ego me obtuli sacrificiū deo in odorem suauitatis. Carnifices vo vrgētes ministrabāt carbōes subter cratē ferreā: ꝛ corp⁹ bti laurēti furcis ferreis cōprimebant Qui dixit. Ecce miser assasti vnā partē: gira aliā māduca Post hec beat⁹ laurēti⁹ dixit. Gras ago tibi dñe: qz ianuas tuas ingredi merui. Et hec dicēs expirauit Cui⁹ corp⁹ hypolit⁹ ꝛ iustin⁹ ꝓsbyter sepeliert in via tiburtina. ℟. Beat⁹ laurenti⁹ dixit. Ego me obtuli sacrificiū deo In odorē suauitatis ℣. Gaudeo plane qz hostia xp̄i effici merui. In eodē. Gra In. In. tu. nocf. in. Strixerūt corpis mēbra posita sup cratis culā ministrantib⁹ prunas insultat leuita xp̄i dns. In dño ꝓfitor. Carnifices vo vrgētes: ministrabāt carbōes subter cratez ferreā. In. Igne me examinasti ꝛ nō ē inuēta in me iniquitas dns. Exaudi dñe iustū ℣. Pro basti dñe cor meū ꝛ visitasti noctē. In. Interrogat⁹ te dñs cōfessus sū: assatus gras ago. ps Dñe in virtu. ℣. Gras tibi ago dñe ihesu xp̄e qz ianuas tuas ingredi merui. ℣. Just⁹ vt palm

Illo tpe. S. Iohannes dixit ihesus discipulis suis Nisi granū frumēti cadēs in terra: mortuū fuerit: ipm solum manet Et rel. Ome. b. au. epi

Agnoscit fides vestra granū qđ cecidit in terrā et mortuū multiplicatū est. Agnoscit ꝯ hoc granū fides vestra: qz ipm habitat in mēte vestra. Hoc enī qđ de semetipo dixerat ihesus: nulli⁹ ambigit xp̄ianus Sz plane illo grano mortuo multiplicato mlta grana sūt sparsa i ecclā: ex qb⁹ est btūs laurēti⁹ cui⁹ festiuitatē hodie celebram⁹. ℟. In craticula te deū nō negauit ad ignē applicat⁹ Te dnm ihesū xp̄m cōfessus sū. ℣. Accusat⁹ nō negauit nomē scūm tuū interrogat⁹ Te.

De illis aūt granis q. vis ipsis toto orbe terrarum quāta pullulauerit seges videmus gaudētes sum⁹: si tamē ꝛ nos p illi⁹ grām ad horreū ptinem⁹. Neq enī ad horreū ptinet: qcqd de segete ē Sed ꝯppe pluuia vtil ꝛ nutritoria ꝛ triticū pascit ꝛ paleā. Absit vt simul vtrūq in horrea condat: Quis vtrūq i agro nutriatur et sil vtrūq in area tritu rek. Huc tps ē eligēdi ante ꝙ veiat vētilatio ꝛ fiat mozū sepatio: sicut in area granū adhuc mūdatiōe discernit nōdū vētilabro vltimo sepante. ℟. Gaudeo plāe qz hostia xp̄i effici merui accusat⁹ nō negauit nomē scūm tuū Interrogatus

te xpm cõfessus sũ: assat⁹ grãs ago. ℣. Ego me obtuli sacrifi ciũ deo in odorẽ suauitatis. In

AUdite ẽgna scã: q̃ Le. ix. hic eẽ ñ dubito: mã si du bito ẽgnũ scim nõ ero. Audite in ꝯ me: imo audite ꝑmũ gra nũ p me. Nõ ametis alas vãs in hoc scło. Qui amat ł hoc se culo alaz suã qdet eã. Granuz loquit: qõ moztuũ multiplica tur loqtur: audiat: qz nõ mẽti tur Quod admonuit ipe fecit Instruxit ꝓcepto ꝓcessit exem plo. Nõ amauit xps in hoc se culo alam suã: nõ amauit bea t⁹ laurẽti⁹ in hoc seculo alam suã: qz si nõ cuperet ad celoz̃ palatia migrare suppliciaz in cendia non toleraret. ℟. Me ruit eẽ hostia xpi leuita laurẽ ti⁹ q̃ dũ assaret nõ negauit do minũ. Et iõ inuẽtus est sacrifi ciũ laudis. ℣. In craticula po sit⁹ deũ nõ negauit z ad ignẽ applicat⁹ chzistũ cõfessus est. Et iõ. Elia. Et. Hoc sequẽs ℟ scz. O hypolite. nõ dicak nisi qñ festũ sci hypoliti in do. eue ne. z tũc erit vi. ℟. O hypoli te si crediderit in dñz ielũ xpz Et thesauros tibi oñde. Et vi tã eternã ꝓmitto. ℣. Si dictis inquit facta recompenses fa ciam quod hortaris. cui bea tus laurentius dixit: tu michi tantũmodo ꝓbe assensum. Et the. Gloria. Et vitam. ℣ Disp

sit dedit. In laudibus ã. Lau rentius ingressus est martyre confessus est nomẽ dñi nostri iesu xpi. ꝓs. Dñs regnauit. ã. Laurentius bonũ opus opat⁹ est qui per signũ crucis cecos illumiauit. ꝓs. Jubilate. ãn. Adhesit ala mea p⁹ te q: caro mea i igne cremata est, p te de⁹ me⁹. ꝓs. Deus de⁹. ãn. Misit dñs angelũ suũ z liberauit me de medio ignis: z nõ suũ estua tus. ꝓs Benedi. ãn. Beat⁹ lau renti⁹ orabat dicẽs. gras tibi ago dñe q: ianuas tuas ingre di merui. ꝓs. Laudate. ℟. apit Qui parce se. hy⁹. De⁹ tuoz militũ. ℣. Just⁹ germi. ãn. In craticula te deũ non negaui et ad ignẽ applicat⁹ te xpm con fessus sũ, pbasti coz meũ z visi tasti nocte igne me examinasti: z nõ ẽ inuẽta in me iiqtas. ꝓs

Benedictus. Oratio

A nobis qs ops de⁹ viti oz nfoz flãmas extiguẽ: q̃ bea to laurẽtio tribuisti toz mẽtoz suoz incẽdia supare. ꝑ d. Ad. i. ãn. Laurẽti⁹ ingressus ꝓs De⁹ in noie. Ad. iũ. ã Lau renti⁹ bonũ. ꝓs Legẽ po. ℟. Qui parce. ℟. z ℣. de cõi vni⁹ mar. dicantur. Ad sertam ãn Adhesit ala. ꝓs. Defecit. ℟

Potens autem est de⁹ om nem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnib⁹ semper sufficientiã habentes

abundetis in oē opus bonuz
sicut scriptum est. Dispsit de-
dit pauprib⁹ iusticia ei⁹ manet
in seculū seculi. Ad ir. ān. Be
atus lau. ps. Mirabilia. cōz.

Qui autez administrat se
mē seminăti et panē ad
măducādū prestabit et mul ti
plicabit semē vestrū et auge-
bit incremēta fruguz iusticie
vrē Ad secūdas vē. ān. Lau
renti⁹ ingress⁹ ps. feria. cōz.
Qui parce se. Hym. Deus tu
oz. x⁹. Justus ger. ān. Ueni
desideratoz bone veni suscipi
ant te angeli mei qm assatus
nō negasti me probatus cōfes
sus es me. ps. Wagt. Ozō. vt
ē. Mēo de sācto tiburtio. ān.
Inclitus martyr tyburcius:
cū nudatis plantis super pru
nas ardentes incederet fabia
no pfecto dixit videtur michi
q sup roseos flozes incedā in
noie dñi mei iesu cristi x. Hka

Eati tiburtij et ho. ozō.
nos dñe foueāt cōtinua
presidia qz nō desinis propici
us intueri: quos talibus auxi
lijs cōcesseri adiuuari. Per ē

In festo scī tiburcij mar.
Ad matu. inuitra. duplex tres

Eat⁹ lec. fiāt Lectio i.
tiburcius eruditus ē in
fide christi a brō sebastiano et
a policarpo gliosō presbitero
baptizatus. Qui ozōibus va-
cās quēdā hoiem de alto lap-
sū oībus mēbris suis cassatis
dicta sī vulnera ei⁹ ozōne dñi
ca signo: pstine restituit sa

Fabianus nitati. lec. ij.
prefectus cō phēdēs ti-
burciū: iussit ante pedes eius
carbones ardētes efūdi et di-
xit ei. Thura diis in istis car-
bonibus adiiceāt nudis pedi
bus super incede. Tu lec. iij.

Eat⁹ tiburti⁹ signū cru-
cis faciens nudis pedi-
bus sup eos ingressus est dicēs
Videtur michi q sup roseos
flozes incedā in noie dñi mei
iesu xpi. Irat⁹ fabianus iussit
eū gladio feriri. Duct⁹ est ita
q in viā lauicanā: tercio mili
ario ab vrbe. Fusaq ozatōne
ad deum vno ictu gladii ver-
berat⁹ occubuit et ibidē sepul
tus ē. Ad matu. mēō de. s. lau
Laurētius ingressus. Quere
in die sancti laurēti sī laudes
x. Dispersit dedit pauperibus
Ozō. Da nobis qs oīps deus.
Cetera de coī vni⁹ mar. Hac
die erunt vesp̄e de sctā maria
cū pleno seruicio in crastinuz
nisi dñica fuerit sez die tercia.
Ad prias vē ad qs fiat mēō d
scō laurētio cū hac ān. Puer
meus Quere in vigilia sī ps.
x. Dispsit de. ozō vt ē. Sēd
die fiet mēō ad vē: de scō lau-
rētio cū hac ā. Puer me⁹: Re
qre hāc ān ad. i. vē sci tauren
tii. x. Dispsit dedit pauperi-

bꝰ orō vt ꝛ. Tertia die ad ma ru. fiat mem̄o de scō laurē. cū hac ān Incraticula. Quere i prima die sk psal. Bñdictus: ℣. Dispsit dedit paupib⁹ orō. vt ꝛ Si dies dñica tercia die vel in die sci hypoliti eue. fiāt medie lec. de scō laurē. Ceteri aut̄ diebus tm̄ memō. nisi in die assūptiōis btē marie: tunc enīz nulla fiat meō. In dñica vk in die kcia vel in die sci hy politi si dñica fuerit. Lectio. i.

EO tpe accepta potestate btūs laurēti⁹ cepit p regiones curiose q̄rere vbicūq; sci clici vel paupes essēt absco diti. Et portās thesauros, pvt cuiq; op⁹ erat mīstrabat. Qui veniēs si mōtē celiū: inuenit mꝝ titudiem xp̄ianoꝝ i domo ciri ace vidue. Tunc cepit lauare pedes eoꝝ ꝛ sanauit ciriacum a multis infirmitatib⁹ capitis

QUeniēs etiā in Lc. ij.

Qvicū q dr canarius: inue nit multos xp̄ianos in domo marcelli xp̄iani congregatos Et introiens cū lachrimis la uit pedes eoꝝ et dedit eis de thesauro quē btūs sixt⁹ p̄cipi ens tradidit. Et in eā domo aperuit oculos cuiusdam ceci noīe crescentij. Lectio. iii.

TUnc exiens inde beatus laurentius ꝛ deferēs se cū ea q̄ necessaria erant scis: venit in vico patritii. in crip ta nepotiana ꝛ inuenit ibi alios sexaginta tres ꝑmiscui sex⁹. Et introiuit cū lachrimis ad eos dās pacē oībus ꝛ inuenit ibi p̄sbm̄ noīe iustinū qui fue rat ordinatus a btō sixto epō. Et misit se ad pedes ei⁹ ꝛt ce perūt se in pauimento ābo vo lutare vt iuiceē si bipedes oscu larēt. Ibiq; btūs laurēti⁹ la uit oim virorꝝ pedes ꝛ cōmen dauit se btō iustio: ¶ Scti hy politi socioꝝq; ei⁹ mar. ad vō ānet p̄i. fe. cōz. Justoꝝ aīe. Et cetera ꝺ cōi p̄limoꝝ īn. cū hac

DEus qui sum⁹ op̄s de orōe Deus vt bti hypoliti marti ris tui socioꝝq; ei⁹ venerāda so lēnitas et deuotiōez nobis au geat et salutē. ꝑ. Wrō. de scō laurētio ān Deni desidera toz. Quere in die ad ie. vō. ſſ ps Magtꝝ⁹ Dispsit de. orō. vt ꝛ. Deinde dicātur meō. cō suete sez de cruce de sācta ma. et de oīb⁹ scis Ad matu. inui. Mirabilē deū. ps. Delte. hy⁹ Scōꝝ meritis āe ꝛ p̄i. de. c. dñi moꝝ martyr. dic ān ℣. Letami in do. iij. ie. ſſ ne regi chori. l. i

POst tercij diē sepulture btī laurētij: milites tenē tes scm̄ hypolitū ꝛ ꝓduxer⁹t eū ad decij. Cui decius ait. Nun quid et tu magus effectus es q: sepelisse corpus laurētij di ceri. Hypolit⁹ dixit. hoc feci ñ quasi magus sed ās xp̄ian⁹.

Decius irat⁹ iussit eũ nudari: ⁊ lapidib⁹ os ei⁹ tundi. Hypolitus dixit. Nõ me denudasti: sed magis vestisti. ℟. Beatissimus xp̃i martyr hypolit⁹ duz baptismi grãz accepisset a beato laurẽtio. ℣. Donebatur man⁹ sup oculos cecoz ⁊ illuiabant ℟. Cecis illuiati a scõ laurẽtio hypolit⁹ credidit ⁊ pcipe meruit baptismi sacrm. ℣. Do. l. ij

Deci⁹ dixit. Sacrifica dijs ne p tozmẽta moriaris sicut laurenti⁹. Hypolit⁹ dixit. Exẽplũ merear fieri btĩ laurẽtij: quẽ tu miser ore polluto nominas. Tũc deci⁹ tradidit eum afflictũ valeriano dicẽs Accipe oẽs facultates ei⁹ et interfice eũ. ℟. Requisitus a decio sanct⁹ hypolit⁹ de corpe laurẽtij vt quid sepelisset: rñdit hypolit⁹ ⁊ dixit. Xp̃ian⁹ ego fuz ⁊ xp̃i martyrẽ diligenẽ sepelijui ℣. Mirũ michi valde est vt ꝯd ore polluto martyrẽ nolasti. Chrisstian⁹. Lectio tertia.

Valerian⁹ igitur exꝯsita facultate sãcti hypoliti: oẽm familiã ei⁹ xp̃ianã añ conspectũ suũ fecit adduci. Inter ꝯs nutricẽ hypoliti plũbati cedi iussit: donec emitteret spñm. ceteros ℣o nũero decẽ ⁊ nouez in ꝯspectu hypoliti fecit decollari. Beatũ ℣o hypolitũ pedibus ei⁹ ad colla equoz ꝺomitoz ligatis: feçit percurrere ⁊ tribulos trahi: dõec emitteret spñm: taliq; martyrio migrauit ad xp̃m. Quoz corpa iusti nus sepeliuit. ℟. Expoliauit veste hypolitũ deci⁹ qua ꝺuebatur in hitu xp̃ianoz dixit ei Sacrifica dijs ⁊ acqesce p̃ceptis nr̃is ⁊ viue ⁊ fruere militie palma. ℣⁹. Cesar dixit ad hypolitũ quõ fact⁹ es insipiẽs vt nuditatẽ tuã ñ erubescas Sacri. Glia. Et viue. ℣. Justi aũt imp. In laudi. ãn. Dixit cesar ad hypolitũ: tu magus fact⁹ es. rñdẽs hypolit⁹ dixit ad deciũ: nõ sũ ego mag⁹: sed seru⁹ sum dñi mei iesu xp̃i. p̃s. Dñs reg. ãn. Dixit hypolit⁹ ad deciũ: nõ me expoliasti sed magis vestisti. p̃s. Jubil. ã. Cesar dixit ad hypolitũ: quõ fact⁹ es insipiẽs vt nuditatẽ tuã nõ erubescas? p̃s. Deus de⁹. ãn. Exẽplũ merear fieri laurẽtij brissimi martyris. p̃s. Benedi. ãn. Tũc valerianus in conspectu hypoliti famulos illi⁹ martyrizari p̃cepit. p̃s. Laud. Cap. Justoz ale. hy⁹. Rex gliose ℣ Mirabil⁹ de⁹. ãn. Orauit sanctus hypolit⁹ voce magna: et dixit. gr̃as tibi ago dñe mi iesu xp̃e qr famulos meos in ꝯspectu meo pati video. p̃s. Dñs. ozõ. Da q̃s op̃s. d. Meõ. de. s. laurẽtio ã. Laurẽti⁹ bonum ag̃re in lau. p̃ma die. Deiñ dicãtur meõ. cõsuete. Ad. l. ãn Di

xit cesar. ℣s. Deus in noie ãn
Glia tibi trinitas. ℣s. Quicũ
q. Ad. iij. ã. Dixit hypolitus
℣s. Legẽ po. La. ℟. ℣. de cõ
muni plurioꝝ mar. Ad vt. ãn
Cesar dixit. ℣s. Defecit. Ad
ix. ãn. Tũc valerianꝰ ℣s. Mi
rabil. Si fe. s. hypoliti i dñica
eue. totũ seruitiũ ñat de fes. ℟
meõ. de dõ. et de trinitate ℟ p
ces. añ crucẽ. Ad. i. vs̃ sup ℣s
ãn. Setis q fidẽ ℣i fes. Lp̃. Ju
stoꝝ aie. ℟. Expoliauit. hyꝰ.
Sanctoꝝ meriti. ℟ ẽ vtõ. Ad
mat. tres pme l. cũ suis ℟. de
p̃mo no. cõis hysto. plu. mart.
Et medie lec. de scõ laurẽ. Le
ctio. iiij. Eo tpe. vrõ. chr̃ ℟ R
de p̃mo noc. ita th q vi. ℟. erit
O hypolite. Tres virle ℣o lr.
de ppzierate sctõꝝ q hñr cũ su
is ℟. ℟ lau. supzascriptis. ves.
in ipsa dõ. erũt de. s. hypolito
sociozũq ei. Ad. ij. vs̃. ã. Di
xit cesar ℣i dñicales. Laõ. Ju
stoꝝ aie. hymꝰ Rex gliose. ℣.
Mirabilis deꝰ. ã. Absterget.
℣s Magn. Gzõ vtõ. Meõ. de
Eusebio. ℟ de. s. laurẽtio ℟ de
dñica. Si dñica nõ fuerit dicũ
tur ves. de. s. eusebio. ¶ Sãcti
eusebij pzesbyteri ℟ cõf. ad vs̃
ãe ℟ ℣i fes. Lp̃. Justũ deduxit
hyꝰ Iste cõfessoꝝ. ℣. Amauit
eũ ãn Cõfessoꝝ dñi. ℣s. Mag

DEus q nos beati eu-
sebij cõfessoꝝ tui ãnua
sol̃nitate letificas: concede, ꝙ
piet⁹: vt cui⁹ natalicia colim⁹
q ei⁹ ad te exẽpla gradiamur
Per Memoziã de. s. laurẽtio
ã. Adhesit. quere i pzima die
in lau. Deinde dñr meõ. cõiue
te. Ad mat. iij. lec. cũ noc. pzo
ptervigil. Lectio pzima

TEmpoze eo quo liberius
de exilio reuocat⁹ fuerat
a constantio augusto hereticõ
vt vna cõione ꝓtaminarẽt ple
bem. Eusebius ꝑsbyter vbis
rome cepit declarare liberiuꝫ
hereticũ et amicum cõstantij.
Quo facto occupant ecclie a
liberio. Eucit felix de eẽ patu:
subzogat liberi⁹: et tenet eu se
bi⁹. ℟. Euge serue. Lec. ij.

POst hec cõstãti⁹ impator
aggredit cũ liberio euse
biũ ꝑsbyterũ dicẽs. Tu solus
xp̃ian⁹ es in vrbe roma. Euse
bius dixit. Sic cõfidim⁹ in do
mio: qz nos fideles iuuet xp̃s
Sicut ℟ baptizati sum⁹ ℟ bñ
dictionẽ seruauim⁹ quã a bea
to iulio accepim⁹. ℟. Justus

LIberi⁹ dixit. L. iij. ger.
Et nos cui⁹ fugimur vi
ce Mõne anterioꝝ nfi. Eusebi
us dixit. Ita esses: si ꝑseuera
ses i fide: quã i ꝑsecutiõe ꝓmo
tenere visus fueras. Irat⁹ con
stãti⁹ subzogatu liberij iclusit
eusebiũ i cubiculo dom⁹
sue: hñs i latitudie ãtuoꝝ pe-
des: vbi cõstãt i ozõe ꝑseueras
p⁹ septẽ mẽses ibidẽ dozmits

tionē accepit: nono decio kalē das septēbris. Corp⁹ ꝟo eius gregorij⁹ t oso⁹ pbyteri collegerūt t sepelierūt i cimiterio calixti iuxta corp⁹ beati sixti epi t martyris. ℟. Jurauit dominꝰ. ℣. Justꝰ vt pal. In laudē hec solus ā. Justū dedu. minor ps. Phs reg. Cp Justꝰ cor suū hy⁹ t cetera vni⁹ cōfes. t pōtificis. oro vtū. Meō. de. s laurētio. ān. Misit dñs. ąre in pria die in lan. Deide dicant meō rie cōsuete. Ad. i. ān. Justum de. ps. Deus in nole. Ad. iij. Cap. Justū dedu. Ad. vi. cap Custodiuit. Ad. ix. cp. Sapiē tia vens. Cetera ola de comuni vni⁹ cōfes. t pont. cuoratione supradicta fiāt: vsq; ad missā q̄ erit de vigil. ¶ In vigil. assūptiōis. b. marie virginis ad pri tiasvs sup pos ān. Tota pulcra es amica mea t macula nō est i te: fauꝰ distillās labia tua mel t lac sub lingua tua: odor vngūtoꝝ tuoꝝ sup omia aromata. iam enī hyēs trāsijt ymber abijt t recessit flores apparuerūt vinee florētes odorem dederūtt vox turturis audita ē i terra nra surge, ppera amica mea veni de libano veni coronaberis. ps. Laudate pueri. ān. Ala mea liq̄facta est vt dilect⁹ locutus est: q̄siui t nō inueni illū vocaui t nō rndit mihi. Inuenerūt me custodes ciuitatis percusserūt me t vulneraverūt me tullerūt palliū meū custodes muroꝝ filie hierm una ciate dilecto q̄ amore lāgueo ps. Laudō do. ōs gē. ān. Qualis ē dilect⁹ me⁹ ex dilect⁹ o pulcerrima mulierū amicus me⁹ candidus et rubicund⁹ electꝰ ex milibus leua eius sub capite meo: et dextera illi⁹ āplexabitur me. ps. Lauda ala. ān. Talis ē dilect⁹ me⁹ et ipse ē amicus meus filie hierl. ps. Lauda. dñm q̄m ān. Descendi in hortū meū vt videre poma cōuallium et inspicere si floruisset vinea et germinasset malapunica reuertere reuertē sunamitis reuertere reuertē vt intuemur te. ps. Lauda hierl. cp

IN oibus requiē quesiui: i hereditate dñi morabor tūc precepit t dixit michi creator oim et q̄ creauit me requieuit in tabernaculo meo. ℟.

O Sup salutem Hymnus.

Quā glorifica luce chorusca stirpis dauitice regia ples sublimis residens xp̄o maria supra celigenas etheri oēs. Cū cū virgineo mater honore angelorꝝ dño pectoris aulam sacris visceribꝰ casta gasti natus hic deus ē corpe xp̄s Quē elect⁹ venerās orbis adorat cui nūc rite genu flectitur oē a quo nos petim⁹ teveniē te abiectis tenebris gaudia lu

cis. Hoc largire pater lumi
nis natũ q̃ ꝑpriũ flamie sacro
q̃ recũ nitida viuit i ethera re
gnãs ac moderãs scla cuncta
Amẽ. ℣. Exaltata es sctã dei
ãn. Ascendit xps sup celos et
ꝓparauit sue castissime mris
imortalitat' locũ: t hec ẽ illa ꝑ
clara festitas oĩs scõr festiuari
b' incõpabilis i q̃ gliosa t felix
mir'ãtib' celesti curie ordibus
ad ethereũ gueit thalamuz q̃
pia sui memorũ imemor neq̃
ꝑ existat. ꝓs. Magt. Oratio.

OLus q̃ virginalẽ aulam
brẽ marie in q̃ hitares e
ligere dignat' es: da q̃s vt sua
nos defensione munitos: iocũ
dos faciat sue interesse festini
tati. Qui vi. t. Ad cõple. ãn.
Sctã maria virgo inkcede ꝑ
toto mũdo qa genuisti regem
orbis ꝓs. Cũ inuo. Lap. Tui
nobis. Hymn' Saluator. ℣.
Custodi nos. ãn. Hlificamus
te ꝓs. Hec dimitti. Hoc cõple.
dk q̃tridiep oct. Ad matu. in
uit. Aelte adorem' regẽ regũ
Cui' hodie ad ethereũ virgo
mater assũpta est celũ. ꝓs. Ve
nite. Hym. Quẽ terra. In. i.
noct. ãn. Ecce tu pulchra es
alea mea tu pulchra oculi tui
colũbarũ. ꝓs Dne dns nr. ãn.
Sicut liliũ inkspinas sic alea
mea inkfilias. ꝓs. Cli enar.
ãn. Fauus distillãs labia tua
sponsa t odor vestimẽtor tuor
sicut odor thuri ꝓs. Nil ẽ ter

℣. Sctã dei genitrix. ℟. i.
Ogitis me o paula t cu
stochiũ: imo charitas xpi me
cõpellit: vt exhortatõis grã
sermonẽ faciã de assũptõe brẽ
marie vt habeat scñ collegiũ
vrñ i die tãte solẽnitati mun'
latini ymnos i q̃ discat infantia
vrã tenera lacti expiri dulce
dinẽ t ꝰ exignis eximia cogi
tare vt faũcte deo ꝑ singlos ãn
nos tota hec dies expẽdat in
lauꝰ t cũ gaudio celebret ℟.
Vidi spõsã sicut colũbã asce
dẽtẽ de fluuios aq̃rũ cui' ine
stimabil' odor erat nimis i ve
stimẽti et'. Et sicut dies verni
circũdabãt eã flores rosaꝝ et
lilia cõualliũ. ℣. Que ẽ ista q̃
ascẽdit ꝑ desertũ sicut ℣ gula
fumi ex aromatibus myrre t

Nẽ forte (thuri Et ꝛc. i.
si venerit i auribꝰ vris
illis apocriphũ ꝰ trãsitu hui'
brẽ virgis: dubia ꝑ certis re
ciptatis: qꝰ mihi latinoꝝ pie
tati aõre studio legẽdi clari'
ãplectũt: ꝓcipue cũ de his ni
chil aliꝰ expiri possis ꝑ certo
nisi q̃ hodierna die gliosa mi
gruit a corpe ℟. Que est ista q̃
ꝓcessit sicut sol t formosa tã
hierlz. Videt eã filie syõ t be
atã dixert t regie laudauerũt
eã. ℣. Sicut dies vni circũda
bãt eaz flores rosarum t lilia
cõuallium. Viderunt. ꝛc. ri.

Monstrat aũt sepulchrũ eius cernẽtib⁹ nobis vsq; ad p̃sens in vallis iosaphat medio q̃ vallis est inẽ mõtẽ oliueti posita: quam tu a paula oculis aspexisti. Vbi in honore eius fabricata ẽ ecclesia miro lapideo tabulatu: in q̃ septa fuisse vt scire potesti ab oib⁹ ibidẽ p̃dicat: sed nũc vacuũ esse cernẽtib⁹ ondit̃. ℟. Ista est speciosa inẽ filias hirlm sicut vidistis eã plenã caritate et dilectione. In cubilib⁹ et in hortis aromatũ. ℣. Ista est q̃ ascẽdit ũ deserto delitijs affluens. In cu. Ilia. In. In. ij. nocte. ãn. Emissiões tue paradisus malox puniconꝫ cũ pomorũ fructib⁹. ℣s. Eructauit. ãn. Fons hortox putei aq̃x viuentiũq; fluẽtiũ impetu de libano. ps. Deꝰ nr resu. ãn. Venit dilectꝰ meꝰ in hortũ suũ: vt comedat fructũ pomox suox. ℣s. Fũda mẽta. ℣. Post par. Lec. iiij.

Hec idcirco dixerim quia multi nrox dubitãt vtrũ fuerit simul cũ corpe assũpta: an obierit relicto corpe. Quõ aũt aut q̃ tpe aut a quib⁹ ꝓsonis sanctissimũ corpꝰ eiꝰ inde sublatũ fuerit: vel vbi trãspositũ vtrum ue surrexit nescitur Quãuis nõnulli astruere velit eã iaz resuscitatã et letã cũ xpo immortalitatei celestib⁹ vestiri. ℟. Ornatã monilib⁹ filiã hierusalẽ dñs cõcupiuit. Et videntes eã filie syon beatissimã p̃dicauerũt dicẽtes vnguẽtũ effusũ nomẽ tuũ. ℣. Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circũdata varietate. Ltvi

Beatũ quoq; iohãẽ L. v. nẽ euãgelistã huiꝰ beate ẋginis ministrũ resurrexisse plurimi asseuerãt: qz in sepulcro eiꝰ vt fertur nõ nisi mãna inuenit. Sed qd hoz veriꝰ ecclesiatur ambigimꝰ: sicut et de his q̃s quos cũ dño teste euãgelio resurrexisse credimus. ℟. Sicut cedrꝰ exaltata sũ i libano et sicut cypressꝰ in mõte syon quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. ℣. Sicut cynamomuz et balsamũ aromatizãs. Dedi

Utrũ vero rediert L. vi. in cre puluerẽ cer tũ non habemꝰ: nisi qs legimꝰ: quia multa corpa scoꝝ q̃ dormierãt surrexerũt et venerũt in sanctã ciuitatẽ hirlm et apparuerunt multis. Ve qbꝰ ẋo nõnulli doctores senserũt etiã in suis reliq̃s scriptis quod iã in illis ꝓpetua sit cõpleta resurrectio Fatenr enim veri testes nõ essent: nisi et vera esset eoꝝ resurrectio. ℟. Sup salutẽ et omnẽ pulcritudinẽ dilecta es a dño: et regina celoꝝ vocari digna es Gaudẽt chori angelox: Lõsortes et cõciues nostri. ℣. Valde te nos oportet venerari que

tam sctã t itacta es xpo. Bau dẽt. Ilia. Cõsortes. In.iij.no ctur. ãñ Ueni i ortũ meũ soror mea sponsa messui myrrhã me am cũ aromatib⁹ meis. ℣ Cã tate. i. ãn. Comedi fauũz cum melle meo: hibi vinũ meũ cum lacte meo ℣ Dñs re.ex. ã Sur ge aqlo t veni auster pfla hor tũ meũ: t fluẽt aromata illius. ℣ Cãtate. ij. ℟. Speciosa fa cta es et. Secuudum Lucam. In illo tpe: Intrauit iesus in qdã castelluz t mulier quedã martha nose excepit il lũ in domũ suã. Et rel. Omel. venerabilis bede presbyteri.

Aduenies cõditor mundi pro redẽptione generis hũani cũ diues esset pauz pro nobis fieri voluit: vt sua pauz tate nos diuites faceret Qui etiã de sinu patris descẽdes tã tũ p nobis humiliari dignat⁹ est: vt ppriã domũ nõ haberet vbi caput reclinaret. ℟. Quã pulchra es amica mea: & pul chra es t decora: oculi tui colũ bex Absqz eo qđ intrisec⁹ latet. ℟. Sicut vitta coccinea labia tua et eloquiũ tuũ dulce. Absz Qui ꝓcept⁹ de spũ sancto intra vterũ xpi ginis vt de⁹: sed nat⁹ humilit vt hõ. De cui⁹ ortu psalmista loqtur Eteni dñs dabit benignitatez et tra nra dabit fructũ suũ Do min⁹ nẽpe dedit benignitatez qñ gen⁹ hũanũ a reatu prime ꝓuaricatiõis p vnigenitũ suuz liberare disposuit. Siue certe dedit benignitatẽ: qz ei⁹ igres su xpi ginalis vteri tẽplũ spũsci gra cõsecrauit. Terra aũt nra dedit fructũ suũ: qz eadẽ xpo q de adã corp⁹ assũpserat filiũ genuit diuinitate qdẽ deo pri coequalẽ: sed sibi carnis verita te cõsubstãtialez. ℟. Beata es xpi gomaria dei genitrix que credidisti dño p fecta sũt i te q dicta sũt tibi. Ecce exaltata es sup chozos ãgelox itercede p nobis ad dñm iesũ xpm. ℣. Bñ dic: a t venerabilis es xpo ma ria q sine tactu pudozis inuẽ ta es mat saluatozis. Ecce ex.

Cum ergo ygeret dñs p ciuitates t castella atqz vicos euãgeliũ regni ãnũ ciãdo itrauit bethaniã: vbi e rat dom⁹ marthe t marie: vbi etiã dñs quatriduanũ lazarũ fratrẽ eax resuscitauit a moz tuis Martha ergo accepit eũ i domũ suã Illi nimiz ministra turai mũdo: cui ãgeli mistrãt in celo. Felices illi: q dñm i do mũ suã suscipere meruerũt Il li quoqz dñm i domũ suã recz piũt qui fideliter eius ꝓcepta audiũt: libẽtiusqz ope adiplẽt ℟. Felix namqz es sacra xpo maria et omni laude dignissi ma. Quia ex te ortus est soliu sticie xps deus noster. ℣. Ora

pro ppło inkueni p clero inkce de p de uoto feleo sexu. sentiant oēs tuū leuamē: quicunq; celebrāt mā assūptionē Quia filia. Xps. Per octa. ℟. Beatā me dicēt oēs gnatiōes. Qz fecit michi dns magna: qz potēs est. Et scīm nomē eius. ℣. Magnificat ala mea dnm exultauit spūs me⁹ i deo salutari meo Qz. filia. Et ℣. Exaltata es. In lau. aī. Assūpta est maria in celū gaudēt angeli laudantes bñdicūt dnm. ℣p. Dns regn. aī. Maria ℣go assūpta est ad etherea thalamū in q̄ rex regū stellato sedet solio. ℣s Jubila. aī. In odorē vnguēt⁹ tuoz ñ currim⁹ adolescētule dilexeste nimis. ℣s De⁹ de⁹. aī. Bñ dicta a filio tuo dña: qz p te fructum vite cōicauim⁹. ℣s. Bñdicite. aī. Pulcra es t dr: coza filia hierlm terribilis vt castroꝝ acies ordinata. ℣s. Laud. Capm. In oīb⁹ req. ℣y⁹. Ogliosa femia. ℣. Elegit eā. aī. Que est ista q̄ ascēdit sicut aurora cōsurgēs pulcra vt luna: electa vt sol: terribil⁹ vt castroꝝ acies ordiata. ℣s. Bñdict⁹.

Uenerāda nobis Oratio dñice huius diei festiuitas opē cōferat sempiternā: in q̄ scā dei genitrix mortē subiit t̄ salem: nec tñ mortis nexibus detineri potuit: q̄ filiū tuum dñm nostrū de se genuit incarnatū. Qui tecū viuit. Ad primā in Assūptaē. ℣s Deus in nomi. Ad. iij. aī Maria ℣go. ℣s Legē pone. Capm. In oīb⁹ req. ℟. Sctā dei genitrix. Et dicatur cū eodē cātu q̄ in purificatione beate marie. Per oct. ℣o et in octa. dñi cāt⁹ iuxta ides ℟. sicut in cōmēo. eiusdē. ℣. ℣p partum. Oratio. Uenerandā nobis. Ad. vi. aī. In odorez ℣p̄s. Defecit. Capitulum Et sic in syon firmata sum et i ciuitate sctificata similiter requieui t in hierlm potestas mea ℟. Post partū. ℣. Speciosa. Oratio. Uenerandā Ad. ix. aī. Pulcra es. ℣s. Mirabilia Et radicaui in ppło Cp̄. honorificato et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine scōz detētio mea ℟. Speciosa facta es. ℣. Elegit eam. Oratio. Uenerandā Supradict⁹ ordo horarū seruetur quotidie p octa. Ad. ū. vō. aī. Assūpta est. ℣s. Dixit dns. Confitebor. Beatus vir. De profundis. Memento dne. Idem p̄i. cū p̄dicta aī. dicant singul⁹ die⁹ p oct. ad vō. Ca. In oībus requiem. ℟. Laudi da ℣ginitas paradisi chara colonis hortus cōclusus florenti cespite vernās Cui merito mūd⁹ celebrat p̄conia totus ℣ Que meruit dñm p̄generare suū. Cui. Filia p̄rectōis. ℣p hym. dicat sequētia Letabundꝰ. vel. hy⁹. O p̄glifica. ℣ Et

altata es ãn. Hodie maria ℣go celos ascendit gaudete: qz cũ xpo regnat ineternum. ℟s. Magt. Vrõ. Veneranda. ¶ti die p̃octa. dñ cõpleto. sicut nd p̃mas vs̃. Quotidie infra oc. nisi in vo. hocmõ hat seruitiũ. Ad matu. inuitat. In honore beatissime marie ℣ginis Jubilemus dño. ℟s. Veite. Hymn⁹ Quẽ terra. In p̃mis añis. Ex altata es sctã dei genitrix: sup chozos angelo3 ad celestia regna. ℟s. Dñe dñs nr. ãn. Sic̃ myrrha. ℟s. Celi enarrãt. ãn. Paradisi porte per te nobis apte sũt: q̃s hodie gloziosa cũ angelis triũphas. ℟s. Dñi est terrra. ãn Specie tua. ℟s. Eructauit. añ. Adiuuabit eã. ℟s. De⁹ nr. ãn. Sicut lerãtiũ. ℟s. Fundamẽta. ã. Laude maria ps. Lãtare. i. ãn. Dignare me ℟s. Dñs re. ex. ãn. Post ptuz. ℟s Cantate. ũ. ℣. Sancta dei genitrix ℣go Lectio. i. ¶ Jquerat post ascẽsiones dñi quid egerit beata ℣go maria: vnũ t certo ẽ q virgo sãcta corpore et mente pmansit. Quã sane angelus gabriel ac si celesti nymph⁹ intactã eu stodiuit: t iohãnes apls t euãgelista cui xps eã de cruce ꝑmisit ℣go ℣ginez seruauit suisq; ei deseruiuit obsequiis. ℣. de. i. ¶ Noc. hystorie dicũtur. l. ij ¶ On el q eximi⁹ ille chorus apl̃oz eaz deseruit inf q̃s p⁹ resurrectionẽ itrãs t exies familiari⁹ cõtulit de xpi incarnatione: tãto sl̃q̃dẽ veri⁹: quãto ab initio pleni⁹ q spñs ctñ cũcta didicerat t ꝑspexerat oculis vnuersa: sz t apl̃i q eũdẽ spñs ctñ ola cognouerit et in oẽz edocti q̃uenerint veritatẽ. ¶ Anc sane beatã Lec. ij. ℣ginẽ t si oñs venerati sũt discipuli eiq; famularẽtur officio dilectionis: iohãnes tñ ampli⁹ t spãlius vsq; ad finez vite q̃ sibi cõmissaz accepit in suã: q̃si matrẽ fili⁹ ãpliozi sollicitudie famulabat. ℣. Exaltata es. ¶ Iste ℣. dicat q̃tidie ante lau. In lau. hec sola añ. Assũpta. ℟s. Dñs reg. Cp̃m. In oi b⁹re. Hy⁹. O glioza femia. ℣ Elegit eã. ãn. Virgo prudẽtissima q̃ pgrederis q̃si aurora valde rutilãs filia ꝯ tota formosa t suauis es. pulcra vt luna electa vt sol. ℟s Benedictus. Orõ vtõ. ¶ An dies dñice ꝯi sctã die cõtigẽ. tũc hec ꝑ dicta ãn. Virgo ꝑu. in die. iij. dicẽt sup ꝑz. Benedi. Orõ Veneranda no. Wẽo. de sctõ laurẽtio ãn. Beat⁹ lau. ora. Redre hãc ãn. i lauque ẽ. v. añ. ℣. Diligit de. orõ vtõ. nulla die p̃oc. hat me. ℣ cruce nec ℣ olb⁹ scio: q̃ oer. sũt cũ regimine chori. Ad primaz. ãn Assumpta est maria in celum gaudent. Deus in nomine

ān. Tenure hꝫ. Quicūq. Ad iij. ℟ ad alias ho. añe. cap. ℟ ℟ et ℣. sicut i. i. die dicaꝫ: sic et oro. Ad vs. ān. Assūpta ē hs. Dixit dns. Cap. In oib⁹ hꝫ Oꝝ glifica ℣. Exaltata es. ñ Qualis ē hō s. Magnꝫ. Generāda nobis Lodē mō dicūtur vel. qlotidie infra oc. cū aliis aūis sup pꝫ. Magt. q̄ murātur. Mēo. de sctō laurē. ā. Beatus laurēti⁹ dū i craticu. vtš ad ōmas vš. sup pꝫ. Mag. ℣. Dispsit dedit paupi. Oratio.

BEati laurēcij nos die faciat passio venerāda letātes: vt cā sufficienꝫ recolam⁹ efficiat ꝓmptiores. Per dnz.

℣ Die. iij. ℣. Scā dei ge. ℒ. i.

NOn enī pudicissima virginitas alicui discipulorū recti⁹ q̄ virgini cōmēdatur vt ēet inuicē grata societas et florid⁹ aspect⁹ necnō ℣ venust⁹ cōuersandi veruās alternatiz pudicicia ꝫ splēdore decorat⁹ ℟. de. ij. nocturno. Lectio. i.

VIa sīquidē ℣tus ℣ginitatis i ābob⁹: sed altera ꝓportio i maria Altera sīq̄dē q̄ fecūdior: sed ipa ℣go sz altera. q̄ ℣ sī ipsa eadē q̄ incorrup tio: tñ fecūditas integritatis lōge glorioſior q̄ ℣ginitas. ℟. iij

IDcirco ℣ fecūditas in illa tota deificata ē ℣ ℣gitas. Alioquī nusq̄ fm naturā nascēdi ℣ginitas vbi fecunditas ꝑdicat neq̄ fecūditas vbi ℣ginitas integra cōseruat. ā. Talis ē. ꝑs. Bñdict⁹ Mēo. de sctō laurētio. ān Jn craticula. Jvtō in ꝓma die sup pꝫ. Bñdict. ℣. Dispsit dedit. Oro Beati laurētij. Quocūq̄ die oct. sci laurētij etiā si i do. contigerit: fiat inde mēo. tiñ. Ad vs. ān. Desecēdi i hortū. ꝑs. Magt. Memō. de sctō agapito marty. ān Dic ēvere mk ℣ Elias ℣ ho. on

LEtetur ecclesia tua die: beati agapiti martyris tui cōfisa suffragijs: atq̄ ei⁹ ꝓcibus gliosis ℣ deuota ꝓmaneat ℣ secura consistat. Per Die quarta. ℣: Speciosa fac. ℒ. i.

HJnc ād̄q̄ iohānes dc̄d̄ ē q̄s genuit maria euangelizādo suo cōmēdauit eloquio ℣bū q̄s in ꝓncipio erat ℣bum: et verbū erat apud deū: vt de⁹ erat ℣bū: hꝫ genuit beata ℣ gliosa virgo maria. ℟. de. iij. nostra tñq̄. iij. ℟. sit Beatus me.

VIrginitas igit longe ℒ. ij sactior ℣ fecūditas vt ita dicā multo ineffabilior q̄ suo poterat ille explicare eloquio Verūtamē q̄to ℣ginitati cōgtior: ℣ginitas: tāto beat⁹ euangelista ceteris ē excellētior: vi

ICinio: verbo. Lectio. iij.

Deo dc̄d̄ ē q̄s genuit virgo: totū ꝓut potuit hō ꝑ spūm scm̄: nobis reseruit manifest⁹ ℣ docuit. Cuius etiā cōuer

satio post ascẽsionẽ xpi gñaliꝫ cũ aplis fuit: ąuscꝫ dispgerek sicut lucas meminit dicens: qꝫ egressi a mõte oliueti hierosolymã venerũt ꝛ ascẽderunt in cenaculũ vbi manebant. Hac die ꝛ reliqs diebꝰ infra octa. dicũtur añe. de noc. scil. **Emissiones.** ꝛ alie ãe q̃ sequũtur super ps. **Bñdicꝰ.** **Mꝛe.** nisi i dominica: qbꝰ dicit ỹ ã **Ala mea** si necesse fuerit. Mẽo. de sctõ agapito mar. añ. **Nisi granũ.** ỽ **Justꝰ ger.** Ozõ vtš. Hac die ad vš. fiat mẽõ. de scõ magno añ **Hic ẽ vere.** ỽ **Glia ꝛ hono.**

ADesto dñe supplica ỹ nionibꝰ nostris ꝛ intercedẽte beato magno martyre tuo: ab hostiũ nos defẽde, ppitiatꝰ incursu. **Per.** Sequẽtibꝰ ỽo diebꝰ infra oc. seruek ordo de ỽ. ꝛ ℟. ad matu. q̃ in p̃cedẽti bꝰ tribꝰ diebꝰ: si dies dñicꝰ nõ inuenerit prek añ. sup ps. **Benedic. Mag.** Si ỽo dies dnicꝰ infra oct. ptigerit: totũ fui. fiat de scã maria: etiã i sabba. hoc mõ. Ad pmas vš. sup ps. añ. **Assũpta ẽ.** ps. **Dicit dñs.** Capz **In oibꝰ re.** Ro oicat ℟ hyꝰ. **O ỹ glificа.** ỽ. **Exaltata es.** ã **Ala mea.** ps **Mgt Qu** **Uenerãda nobis.** Mẽo. ỽ domi. ꝛ de trinit. si necesse fuerit et pcessio fiat añ crucẽ nisi aliqua do. oino differak ppt pli-xitatẽ tpis. vel qñ dies dñicus tertia die infra oc. cõtige. tũc eiẽm fiat mẽo de dñi. ꝛ ỽ trinita. et pcessio añ crucẽ oino differat vsqꝫ ad pximã dñicã sequẽtẽ In redeũdo ỽ oibꝰ scis. Qñ cũqꝫ dk ỽ oibꝰ scis ad vš. i reũtẽdo ad pces. sꝫ dicak a **Saluatoꝛ mũdi.** ỽ **Letamli dño.** ℣ro **Infirmitatem nram.** Ad matutinũ **Ueite adoremꝰ** ps. **Uen.** ℣ **Quẽ ter** In. i. no. ãn **Ecce tu pulcra.** ps **Miedñs** nr: et cetere añe. cũ suis ps. ỽ. et ℟. sicut i. i. die dicũtur p̃ter ix. ℟. qꝫ erit isti **Cadida** ỽgi

Gnitas. Lectio prima. Gene angelꝰ ad mariã virginẽ mittit: qꝛ sꝫ est ãgelis cognata ỽginitas. Profecto in carne viuere p̃ter carnẽ: nõ terrena vita ẽ: sed celestis. Unde in carne ãgelicã gilam acqrẽt maius ẽ meritũ q̃ hẽre. L. ij.

ESse enĩ angelũ felicitatis est: ecce ỽo ỽginẽ ỽtutis dũ hoc obtinere viribꝰ nitit cum gfa qꝫ hẽt angelꝰ ex natura. vtrũqꝫ tñ ꝛ eẽ ỽginẽ vel ãgelũ diuini mũeris ẽ officiũ: non humani. Lectio tertia

ADe inqt angelꝰ gfa plẽa Et bñ plena: qꝛ per ptes ceteri p̃statur: marie ỽo si milis se tota ifudit pleitudo gfe. L. iij.

HOc quippe qꝫ dauid cecinit. Descendit sicut pluuia in vellꝰ. Uellꝰ itaqꝫ cũ sit ỽ corpore nescit passionẽ corpis

Sic et ẋginitas cū ſit i carne vitia carnis neſcit. Lectio .v.

Celeſti plane hym bervirgineū i vell⁹ placido ſe infūdit elapſa et tota diuinitas nuda ſe cōtulit i carne: qñ verbū caro factū ē:⁊ deinde p crucis patibulū exp̄ſſuz terris oibus pluuiā ſaluti effudit gfe celeſtis hūanis p̄ſtitit mētib⁹

Omin⁹ inqt tecū. L. vi.

Mira res: etiaz ille erat cū ẋgine q ad ẋginē mittebat angelū: ⁊ p̄ceſſit nūciū ſuū deus: ſed a deo nō receſſit: teneri aūt locis nō potuit: qz oīb⁹ haberur i locis: etor⁹ vbiq ē ſi ne quo nichil erper quem totum

In illo Secūdnz Lucā

ipe: Intrauit ieſ⁹ i q̄dā caſtellū ⁊ mulier q̄dā martha nole accepit illū in domū ſuaz

Extre Ome. bti auguſtini ep̄i

Sanctuz euāgeliū fratres kñi: cū legeretur audiuimus: a religioſa femina ſuſceptū eſſe dñm hoſpitio: a bea q martha vocabat. Et cū eſſz occupata in cura miniſtrādi: ſororeius maria ſedebat ad pedes dñi: et audiebat ẋbū illius laborabat illa vocabat iſta illa erogabat: iſta ſplebat. ſ. viij

Uērūtamē martha laborans mulcū in illa occupatione ⁊ negotio miniſtrādi inkpellabat dñz. ⁊ ō ſororē ſuā ꝓq̄ſta ē q eū laborāt̄ē nō adiuuaret. Dñs aūt p maria rādit martḥe ⁊ ip̄e fact⁹ ē ei⁹ aduocat⁹ q̄ iudex fuerat appellat⁹ Martha inqt circa mlta es occupata pozzo. vnū ē neceſſariū maria optimā partez elegit q̄ nō auferet ab ea. Lectio nona

Audiuim⁹ enī inkpellatio nē inkpellātis ⁊ ſentētiā iudicis Que ſentētia inkpellāti rādit: ſuſpectā dc̄fēdit. erat enī maria intēta dulcedini verbi dei Intēta erat martha quō paſceret dñm: intēta erat maria quō paſceret a dño. a martha cōuiuiū dño parabat: i cuius cōuiuio iā maria tocunda bak. Jn lau. vna ſola añ. dicak Cap̄. erē ſlē in. i. die dicantur. Ad. i. ⁊ ad alias ho. oia fiāt ſlcut ifra oct. Ad. ij. vſ. oia fiāt ſlcut in. i. die: p̄ter R̄. qō nō dicē cū hym O q̄ glifica. Dein ceps ẋo ñ ſeruet ordo dicti v. et R̄. ad matu. cātanō ⁊ i lec. legenō. nec i añis. ſup p̄os Beneō. Mgt. dicēdis: ſz ſupra dict⁹ ordo v. ⁊ R̄. lec. ⁊ añ. fiet tur i ſequēt⁹ dieb⁹ ifra octa. ita tū q i die lunc ſp dicunk v. et R̄. ō. i. noc. hyſtorie ¶ Die

Quinta. Lectio p̄ma

Ala iter ſalutis nre i laudib⁹ eſt ſaluatozis: hozto: vos et cōmoneo i hac ſacra ſolēnitate genitricis dei marie nolite ceſſare a laude. Lec. ij

Quod ſi ẋgo es: gaude q:

meruisti esse qꝫ laudas. tãtuz cura vt sis que digne laudare possis Si cõtinẽs es ꝛ casta venerare ꝛ lauda: qz aliũde non cõstat vt possis esse casta ꝙ ex gꝛa dei: q̃ fuit plenissime i maria quã laudas. Lectio tertia

QUod si coniugata es aut peccatrix nichilominus ꝓsitere ꝛ lauda: qñ ide mia, ꝓfluxit oib⁹ ꝛ grã vt laudẽt. Et ꝙis nõ sit speciosa laus i ore peccatoꝝ: noli tñ cessare a laude: quia ide ꝓmittitur venia Tu aũt. ¶ Sexta die. Lec. i.

HInc ergo omnes pariter festinitatez beate marie deuotissime celebrem⁹ qz hec est dies ꝓclara in qua meruit exaltari sup̃ chozos ãgeloꝝ ꝛ penetrare vltra ꝙ nꝛe humanitatis est natura Lecti. ij.

HEc est inq̃ dies in q̃ vsq; ad troni celsitudinẽ intemerata mater ꝛ virgo ꝓcessit: atq; in regni solio sublimata: post xp̃m gꝛiosa resedit. Sic itaq; vbiq; cõfidẽter scã canit ecclesia: qꝫ de nullo alioꝝ sanctoꝝ fas est credere vt vltra angeloꝝ vel archangelozũ merita HtranscẽderitLectio iij.

HOc quippe ꝓuilegiũ nõ nature ẽ sed gꝛe q sup̃ chozos ãgeloꝝ exaltata deuotissime hodie ꝓdicat, Quia ꝓcessit eaz dñs ad celos vt ꝓpararet ei in etheris sedibus locũ: vt cũ eo regnare possit ip̃petuũ. Tu

¶ Septia die. Lectio i.

DAlli dubiũ enꝛ illam celestẽ hierusalẽ tũc exultasse ineffabili leticia: tũcq; iocũdatã esse ineffabili caritate qñ festiuitas que hodie recolitur annua illis oib⁹ est facta continua. Tu aũt. Lectio. ij.

QRedit etiam ꝙ saluator oim tot⁹ festiu⁹ occurrit: ꝛ cuz gaudio eã i thꝛono collocauit Alias aũt quõ impleuisse creditur: qꝫ in lege ipse ꝓcepit Honoza patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tuã

QUod patrez hono Lec. iij. rificauit ipse sibi testis ẽ: cũ ad iudeos ait. Ego gloriaz meã nõ quero: sed honoꝛifico patrẽ De matre ꝙo euãgelista cũ rediret ad nazareth ait. Et erat subdit⁹ illis. Tu aũt dñe miserere nostri ¶ In octa. assumptionis beate marie ad ꝑmas vꝫ. sup̃ pos. hec sola añ Tota pulcra ꝙs. Dixit dñs Et ceteri ꝑs de sancta maria. Cap. R. ꝛ. oia fiant sicut ad ꝑmas vꝫ. i. l. dic: cũ ista oꝛõne Veneranda. Mẽo, de mark. timotheo et simpho. Oratio

AUxiliũ tuũ nobis dñe placatus impende: et intercedentibus beatis martyribꝫ tuis timotheo ꝛ simphoriano dexteram tuam super nos tue ꝓpitiationis extende. Per dominum nostrum iesum xp̃z.

Ad matu. ix. lec. fiāt Inuita triplex tota cātek Xysto, sicut in pria die: preter ix. Ñ. quod erit Cādida virginitas &c. i.

BEata virgo maria cūctis tanto venerabilior: quāto gloriosior: t quāto Xtute altissimi extollitur ad sublimia tāto clarior: resultat in gloria: Plena sc̄dē gr̄a plena deo: plena virtutibus nō pōt possi dere plenius gloriam claritatis eterne quā plenissime accepit vt mr̄ fieret saluatoris. f. ij.

CAm nāq; viderūt omēs filie syon t btām dixerūt t regine laudauerūt eā. Qm tāta eā viderūt quāta nullis narrādo expleuit mortalium. Quanto magis deū q̄ talē ac tantā eā fecit: vt p eā ipe fieret Ūs Dauid: Et hō inqt natus est in ea t ipse fūdauit eā altis

BEata igit ta= tis ac tanta natuitas beata et supnox ciuū societas t admirabil caritatis eox vnanimitas: vbi nemo angelox si dico btē virginis marie veruz q; neq; alicui⁹ sctōx inuident gr̄iam sed totū in altero vnus quisq; possidet qđ gratis p̄sta tur oībus glificetur de⁹ honoretur t adorek ab oīb⁹ &c. iij:

UBi vero nō sex⁹ nō etas nō dignitas grauis: sed meritox qualitas sola discernitur: vbi plurū stella differt in claritate Quis oēs in suo sine ozdie suscitandi. Qđ si est alia claritas solis t alia claritas lune: et alia claritas stellarū: vna tñ claritas est q̄ illustrant

IDcirco beata vt f. v. oia. genitrix q̄ tantis in terra p̄dicat laudibus nō īmerito creditur hodierna die exaltata et glificata quātū nouit ille q̄ eā elegit et sua sapia dispo: suit omia: Qđ si ī domo pris mei multe mās̄iones sūt. Credim⁹ splendidiorē mr̄i hodie filiū mās̄ionē p̄stitisse quā oīs edificauit domū subnixā colūnis septez in qua nimirū domo parāt nuptie ecclesiarum dei t federantur terrenis cele

IDeo nāq; vtero f. vi stia virginis sponso īmortali virginitas cōsecratur vt sit celeste cōmercium. Idcirco ītur celebrate solēnit virginis festū: q̄ celestē nobis vitā in terris ostēdit. Qm q̄ nō nubent neq; nubēt erūt sicut āgeli dī in celo. Nec mirū si āgelis cō parat virginitas que angelorum domino federe copulat nupti⁹. Et si quelibet virgitas tātū erigitur in āgelis cōparetur multomagis btā t glriosa virgo q̄ singulari cōmendatur p̄ulegio: t īmēso diuali mercimonio Tres vl. lec. ō exponeuā. Intrauit iesus a le gant sicut in. i. die. Tñ si dñs

ca fuerit legat euã. vtã. in dõ. infra oct. qz nõ dz omitti. Ad lau. oẽs ãe dicãtur cp. z ẽ sicut in ꝑma die. Meõ. de mar. orõ vtã. Ad. i. z ad alias hõs etiã ad secũdas vã. oia fiãt sicut in dõ ifra oc. cũ meõ. ad. ij. vã de marty. thimotheo z appol. cũ orõ. de. c. pl'. mar. nõ põtif. Si oc. assũptõis in sab. ꝓtigerint vi. vespe fiãt de oc. z meõ. v dõ seqn. s. post meõ. de mr̃. Et in dõ. erũt vespe de. s. bartholomeo: et meõ. de dõ sub silẽtio secz post meõ. de. s. audoeno.

Nõ q̃ qñ assumptio. natiuit. purifica. cõceptio: in sab. contigerit: nichilomin9 fiat cõme mo. in aliꝭ feria eiusd ebdõa. si ferie ꝑced. a fes. ix. l'. vacauerint. Itẽ fes. vndecim milia virginũ excludit ꝓmeõ. b. marie virginis. Et notandũ ẽ q̃ qñ fe. simplex. ix. le. in fe. vi. cõtigerit hũs ꝑmas vã. secũde vespe erũt de. s. maria. Itẽ q̃rta z vi. fe. z sab. iiij. tp̃m p totũ ãnũ excludit cõme. b. mar. Nõ q̃ cõme. b. marie et cõme. scꝭ loci fient cũ regi. chori. s. cũ trib9 lc tñ nõ hñtes secũdas vã. sz ꝓmas tñ. quas nõ impedit festus simplex: nisi sit fes. duplex. Et tũc q̃n cõme. b. ma. impedit fiat solẽnis meõ. v. s. maria cũ hac ãn. **Sub tuã ꝓtec.** cũ d. z orõe p tp̃e. ¶ Sctõꝝ thimothei et appolinaris mar. iij. le. cũ no. ꝓpter vigiliã. Cetera omia de cõi plu. mar. vsq; ad missam q̃ erit de vigil'. ¶ Scti bartholomei apli du. fe. ad primas vã z ad matu. dicatur hic hymn9

BArtholomee celi sid9 au
reũ miles supra sol iubar
radians erige mentes nostras
polo turbidas egras q; nras sa
na cõsciẽtias Hinnue xp̃e. orõ

OMnipotẽs sempit̃ne de9
q̃ hui9 diei venerãdã san
ctãq; leticiam in bti bartholo
mei apli tui festiuitate tribui
sti: da ecclie tue q̃s: z amare q̃s
credidit: z ꝓdicare q̃s docuit.
Per dñz. Ad primas vã z ad mat. fiat meõ u. de. s. audoeno

Dẽpo dcõfessore. Oratio.

DEus q̃ penne gliam san
ctissimi cõfessoris tui audoeni
ale cõtulisti: tribue q̃s: ei9 nos
apud te ita patrocinijs adiu
uari: vt cũ eo vitã possideam9
etnã. p. Ad mat. ix. l'. fiat. l'. i.

IN inferiorẽ indiã veniẽs
apls dei bartholome9 in
gressus est templũ: in quo erat
idolũ noie astaroth: z ãsi pere
grin9 ibi manere cepit. Manẽ
te igit' ibi apls nulla demõ da
bat rñsa: nec alicui ex his q̃s le
serat: poterat subuenire Tẽplũ
d̃ erat plenũ de lãguẽtib9 Ri

OErrexerũt ergo ad aliaz
ciuitatẽ vbi ali9 demõ co
lebatur. Querentes cur deus
eorũ nõ dabat eis rñsa. Respõ

dit demõ Quia pñte apl'o dei
bartholo[illegible]loq̃ non audet.
Dicũt ei. Quis ẽ iste bartho-
lome⁹? Qui ait: Amic⁹ est ũi
oipotẽtis ꝙad hoc velit in istã
puinciã vt oẽs deos idicenua.

Cũmq̃ reuer Lec. iij.

Centes beatũ apl'z quesiſ
sẽt ꝙ duos dies ꝙdã plenus de
mono clamauit dicẽs: Apo-
stole dei bartholomee secẽdũt
me oꝛões tue. Cui apl's dixit
Obmutesce et exi ab eoꝛ ꝛ sta-
tim liberat⁹ est homo. Quod
cũ audisset rex polimi⁹: misit
ad eũ vt veniret ꝛ sanaret filiã
suam lunaticam. Lectio iij.

Perrexit igit apostol⁹ dei
ad regẽ Et vidẽs puellã
cathenis cõstrictã: iussit eam
solui dicẽs Soluite eã ꝛ leuate
ac reficite ꝛ cras adñm reducite
Fecerũt autẽ ministri sicut iuſ
sit apostol⁹. Quo facto nõ vl-
tra vexauit eã demõ. Tunc iuſ
sit rex p̃ciosa munera dari apo
stolo: ꝙ nõ potuit inueniri. Tu
autem domine miserere. l. v.

Cũmq̃ trãsisset noꝛ et au
roꝛa assurgeret apostol⁹
sol⁹ soli regi appuit in cubicu
lo suo clausus hostijs et dicẽs
Quare ꝯstituisti me cũ mũeribꝫ
terrenis ꝙbus ñ indigeo. l. vi.

Cire te volo quia dñs nr̃
ihesus christus misit nos
in oẽs puincias vt demones ꝙ
i statuis sunt expellam⁹ hoiei
ꝙq̃ eis credũt conuertamus
Si autẽ crediderit ꝛ baptiza
tus fueris demonẽ qui vobis
dabat respõsa faciã vos vidẽ
Rex autẽ hoc se factuꝝ fideli-
ter ꝓmisit Tu. Lectio. vij.

Altera igit die sacrifican
tibus cultoꝛib⁹ ydoloꝝ
apostolo et rege ꝓsentibus ce
pit demõ clamare dicẽs Cessa
te miseri sacrificare michi ne
peioꝛa patiamini ꝙ ego ꝙ ca-
thenis igneis ab angelis ihesu
christi religat⁹ sũ. Tunc iussit
apostol⁹ demonẽ exire ꝛ simu
lacrũ confringere. Lectio vij

Exieus igitur ingẽs egip
tius nigrioꝛ fuligine cõ-
minuit simulacrum. Quovi-
so rex polimius cũ vxoꝛe ꝛ filiꝰ
ac oi populo ciuitatis bapti-
zat⁹ cepit apostolo adherere.
Qꝺ cũ põtifices idoloꝝ ad
astriagez regẽ fratrez polimij
maioꝛẽ cõqrendo nũciassent:
misit cũeis nũcios ꝙ apl'm vi
ctũ ad eũ ꝓducerẽt Lectio.ix

Cui rex ait: Sicut' fecisti
fratrem meũ relinq̃re de
os suos et credere deo tuo: ita
faciã te relinq̃re deũ tuũ ꝛ cre
dere deo meo. Cui apostolus
ait. Si hoc poteri facẽ do mio
qꝺ feci do tuo: poteris me ad
sacrificiũ ꝓuocare. Si ãt ego
deos tuos cõminuã ꝛ tu crede
deo meo. Interea nũciatũ est
regi deũ suũ coꝛruisse Iratus

rex iuſſit apoſtolum decollari. Cetera de cõi vnius apoſtoli. Meñ de ſcõ audoeno oró vtñ. Ad ſcñas vñ. Ñ. Ciues apo. cetera vtñ. Scti ruphi mf. on

Adeſto die ſupplicatõib⁹ noſtris et bti ruphi martiris tui interceſſionibus confidẽtes nec minis aduerſãtiũ nec vllo cõturbemur incurſu. Per. ẽ. Ad mat. tij. lec. inui

Ruphus pa ta. du. ſc. i. ſtitiuſt excõſul ducatũ agebat rauẽne cui⁹ vnica filia infirmabat. Qui audiens de noſe appolliaris ſacerdoti miſit ad eũ rogans vt veniret et ſanaret eã. At vbi ingreſſus ẽ domũ cũ clericis ſuis: ſtatim ẽfuncta eſt puella. Cui ruph⁹ ait. Utinã in domũ meã nõ in

Beatus ap⁹ ſc. ij troiſſes pollinari ait rupho Cõfident, age patrici ꝛ modo cõgnoſces virtutẽ dñi noſtri ieſu chriſti. Cũq; orõnẽ ad deũ fudiſſet: ait ad eam Surge et eõ ſtere ſaluatorẽ tuũ. Que ppi cius ſurgẽs clamauit dicens. Magn⁹ eſt deus quẽ predicat appollinaris ꝛ nõ eſt ali⁹ ꝑter eũ. Baptizata eſt igitur puella cũ patre ꝛ matre et familia ꝑmiſcui ſexus aſe trecente triginta quattuor cũ multis aliis

Rex pagatus Tu. Lec. iij

Ruphus ẽ⁹ patricius timẽs ceſarez occulte diligebat btñ appoliarẽt et miniſtrabat ei. Filia autẽ ei⁹ cõſecrata eſt chriſto et permãſit virgo Ydẽ ẽ⁹ ruph⁹ patrici⁹ poſt aliqũ tẽ⁹ i capuana vrbe ſexto kalẽdas ſeptẽbris ꝑ xpi noſe ſumpſit martyriũ. Cetera oĩa fiãt de cõi vni⁹ mar. ¶ Sci auguſtini ẽpi et cõfe. ꝛ doc. du. ſe. i ꝑ. c. oĩa fiãt ꝑ cõi ti⁹ cõfe. ꝛ põ. cũ capla vniuſcõ feſ. et doc. ch.

O Deus qui oró. Dedit dñs. Obtñ auguſtinus eccleſie tue in exponẽdis ſcripture ſacre myſterijs doctorẽ catholicũ optimũ et electũ antiſtitem ꝓuidiſti da nobis ei⁹ ſemp et doctrinis inſtrui et orõne fulciri. ꝑ Meñ. fiat priuatim de ſcõ hermete martyre ad primas vñ. et ad ma. cũ hac oró.

O Deus qui beatum hermetem martyrem tuum virtute conſtantie in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue ꝓ amore tuo ꝓſpera mundi deſpicere et nulla ei⁹ aduerſa formidare. ꝑ. Ad matutinas Lectio prima.

Ex prouincia affricana ciuitate cartaginẽſi honeſtis parentibus et chriſtianis beatus auguſtinus ꝓgenitus eſt. Qui magna diligẽtia ſecularib⁹ litter⁹ erudit⁹ olim⁹ liberalibus ſcijs ſtuit r. ij.

Grãmaticã igitur ꝓpe in ſua ciuitate ꝛ retoricã i cartagie docuit. Et ꝑ ea apñ mediolanũ ſcolas rexit i illa vrbe

Tūc sanct⁹ ambrosi⁹ epatū tenebat: p cui⁹ doctrinā augustin⁹ ab errore via cōuersus credidit ⁊ baptisat⁹ est. Lect. iij.

Placuit q̄ ei p̄cepta gr̄a scolasticis quos rethoricaz docuit renūciare et ad affricā ppriā domū remeare. Post trīcnū igit a deo veniebat in bois op̄ib⁹ et de his q̄ de⁹ sibi reuelabat: p̄dīcs ⁊ absc̄tes sermonib⁹ ⁊ libris docebat. Factū est aut̄ vt scō valerio ep̄o iubēte p̄sbiter ordīaret℞ l. iiij.

ORdinatus igitur i monasterio cū seruis dei secundū modū ⁊ regulā a sctis ap̄lis cōstitutā: viuere cepit. Scūs vero valerius ordinatoz eius vir plus ⁊ deū timēs apud pri matē ep̄m suuz secretis litteris egit: vt in libro suo in eadē ecclesia augustin⁹ ordinaretur ep̄s. Qui tūc multo instātius ac feruēcius maioreq̄ auctoritate x̄pi salutis eterne in dñi p̄dicabat ecclesia. Lectio v.

Qui etiā sane dicere post p̄ceptū baptismū ꝯsueuerat x̄pianos vt sacerdotes absq̄ digna et cōpetēte penitētia exire de corpe nō debere quod ⁊ ipse fecit vltia q̄ defūct⁹ est egritudie. Vtō igit valerio ceterisq̄ coep̄is id poscētibus: scūs augustin⁹ licz inuitus est ep̄us ordīatus. Vixit aut̄ beatus augustin⁹ ānis septuagi ta seri clericatu. In ep̄atu aut̄ ānis fere quadragita sept̄

QUia ℣o egritudine l. vi lecto suo recūbēs: sept̄ psalmos penitētiales cor̄ale rescriptos habebat. Quos intuens legebat: ⁊ vberti ac iugiter flebat. Sed ne ciuitatis ac ei⁹ ruinā videret tercio obsidionis mēse quinto kalēdas septembris migrauit ad dñm

Tres vltie lec. de expo. euāg.

Vos estis sal terre. q̄re in cōi vni⁹ confes. ⁊ doc. Ad scōas vs̄ de scō augustino oia fiāt cōi vt p̄dictū ē. ℟. Scē augustine x̄pi. ℣. O scē augustine. Ad has vs̄. fiat meō solennis ꝯ scō iohāne bapti. ān. Milit herodes rex manus ac tenuit iohānē et vinxit eū in carcere q̄ dicebat ei non licet tibi hr̄e vxorē fris tui. ℣. Exta ⁊ hono

